



## Universitätsbibliothek Paderborn

### **Rev. P. Francisci Josephi à Rodt Capuccini Anterioris Austriæ Provinciæ. Opus ...**

Planctvs Ecclesiæ Et Animæ - Super Caput Primum Lamentationum  
Jeremiæ Prophetæ. Allegorice, Et Moraliter Expositus, & Distributus In  
Discursus LII. Concionatorios Quadragesimales ... ; Scilicet Liber Vitæ, Et  
Excessvs Amoris ...

**Rodt, Franz Joseph von**

**Campoduni, 1680**

Samech. Abstulit omnes magnificos meos Dominus de medio mei ...  
Torcular calcavit Dominus virgini filiæ Juda. Thr. 1. v. 15.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-52659](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-52659)



## DISCVRSVS XXIX.

Samech.

Abstulit omnes magnificos meos Domi-  
nus de medio mei. *Thren. 1. v. 15.*

### DE ECCLESIA.

*Plangit Ecclesia, se tumultuosa, & inquieta  
ambitione per magnificos suos laborare, &  
periclitari tempestatibus per eam exortis.*

1.

*Magnifici  
sunt mag-  
nates.*

**C**onqueritur ad lite-  
ram Urbs devastata,  
ablatos ab Assyrijs  
omnes magnificos, id  
est, potentes, & magnates, sci-  
licet, Reges, Principes, Pro-  
phetas, Sacerdotes, Doctores,  
qui magnifici vocantur, à sua,  
quam habent in populo, mag-  
nificèntia. Possumus autem  
etiam magnificos vocare eos,  
qui seipsos magnos, & magni  
faciunt, totisque viribus in-  
cumbunt studio se magnifican-  
di, & ad officia, & dignitates  
semetipsos extollendi, ut mag-  
ni fiant, non coram Deo (uti  
de sancto Prophetatum est Præ-

*Et qui se  
magnos  
faciunt co-  
ram homi-  
nibus.*

cursorum, & erit magnus coram  
Domino) sed ut magnos se fa-  
ciant, & magnificent coram  
hominibus, & coram mundo,  
in altis dignitatum fastigijs, in-  
stigati scilicet ab acutis ambi-  
tionis stimulis, quæ statu &  
conditione sua nunquam con-  
tenta, tumultuosa & inquieto  
semper labore ascendere cona-  
tur, cum magna reipublicæ  
Christianæ perturbatione, ac  
detrimento, quod altis proin-  
de afflicta Ecclesia deplorat su-  
spirijs, dum veros magnificos,  
à Deo, & coram Deo magnifi-  
catos, sibi ablatos conqueritur,  
succedente indies magno eo-  
rum

mur numero, qui se magnos, tantum coram mundo, in dignitatibus, & principatibus facere conantur. Quam damnosum autem, & turbulentum & ab Ecclesia merito deplorandum, hoc ambitionis turpissima vitium sit, paucis ostendo.

¶ Corpora sublunaria, alia mixta sunt, alia simplicia, mixta sunt illa, quæ ex alijs simplicibus componuntur, simplicia vero sunt ipsa 4. Elementa, Elementum autem, teste Aristotele, est, ex quo primo infuso, & indivisibili, in aliam speciem aliquid componitur. Ex Elementis metalla, lapides, ligna, & alia corpora sublunaria componuntur. Timon Philosophus dicere solebat, avaritiam & ambitionem esse Elementa malorum, ex quibus scilicet omnia alia mala & vitia generentur, unde etiam Ecclesiasticus docuit, quod initium omni peccati, est superbia. Vehementissime in hoc vitiorum initium, & Elementum invenitur Doctor Mellissus, Radix iniquitatis, ambitio, subtile malum, secretum virus, pestis occulta, doli Artifex, mater Hypocrisis, livoris parens, vitiorum origo, criminum sones, virtutum arugo, tinea sanctitatis, Excacatrix cordium, ex remedijs morbos creans, generans ex medicina languorem. Maximè vero illud ambitionis encomium notandum mihi videtur, quòd sit doli Artifex, & officina trau-

dulentorum consiliorum, quæ subtili astutia cuniculos agens, integras Civitates, republicas & regna subvertit, gravi quasi terra motu concussa. Absalon Ambitiosus, ante diem in quibus inquit in honores, viventi adhuc Patri sceptrum & coronam eripere conatus, in quem finem ambitio doli Artifex ipsum instigavit, ut faceret sibi currus, & equites, & quinquaginta viros, qui procederent. Ut autem apud populum non tantum sibi auctoritatem, sed etiam amorem, & affectum conciliaret, summo manè interrupto somno, ad portam regia invigilabat jis, qui ad regium tribunal, causam aliquam acturi, properabant. Hos suaviter ad se vocatos, ex-tentâ salutabat manu, exosculans, & amplectens, quarebat ex qua civitate essent, quodnam pertractandum haberent negotium, approbat causâ æquitatem, compatiens tamen, quia non esset constitutus à Rege, qui eos audiret. Qui me constituat iudicem super terram, ut ad me veniant omnes, qui habent negotium, & iuste iudicem? ac fraudulenta affabilitate, & scitâ humilitatis & justitiæ larvâ quantum sollicitabat, & captivabat pro se corda filiorum Israël, tantum ea à patre avertebat. O Doli Artifex, ambitio!

Et quid fraudulento stratagemate effecit Absalon, nisi quòd

Ambitio est elementum vitiorum.

Ecclesi 10. v. 14.

S. Bern. Super ps. Qui habitet &c.

Ambitio nis Epistola 14.

Doli Artifex.

2. Reg 15. v. 2.

Ambitiosus Absalon

Dolens captivum populum.

Regnum  
totum  
ambitio-  
ne exor-  
tit.

quod totum populum & regnum, patrem in filium, & filium in patrem, fratrem in fratrem, & consanguineos ac con- cives contra se invicem arma- rit, ut toto commoto populo extremum regno immineret, cum Rege, exterminium, nisi ipse malorum auctor maturius, vindice Dei manu castigatus, quereui capillis illigatus, dedisset poenas, rebelli filio dignas, adeo dum patri, & regno para- vit ruinam, ipse dolosus arti- fex paratum sibi invenit interii- tum.

origo, ex qua tot simultates, o- dia, obrectationes, scissurae, & inimicitiae pullulant, cum summo subvertenda totius rei- publica periculo.

Optimè Seneca: Ambitio tu- mida res, vana, ventosa, nullum ha- bens terminum! Si ventus incum- bit mari, spumosa & formidan- dae insurgunt procellae, quae na- vim jactantes in extremum ad- ducunt periculum. Ventosa res, & tumida est ambitio, quae tam formidabilem non semel exci- tavit per schismata tempesta- tem, ut jis jactata Petri navicu- la mergi videretur, aut planè repleta fluctibus periclitari. Sed neque respublicae ab istis tem- pestatibus sunt immunes, dum à ventosa ambitione commoti animi tumultuantur, nec res- publica & regna, naufragium passae, aliam interitus sui cau- sam, quam ambitionem habue- runt, haec enim est, quae omnes tempestatum excitat procellas, & pacatam profigat quietem; bene de hoc Philo: cogitet, qui honorem affectat, tempestatem se as- sectare. Nec ramentum formidan- das has ambitiosi tempestates horrent, sed tanquam Syrenes in illis ludunt, innatare tumul- tuantibus fluctibus avidi, & ad omnem captivandae dignitatis occasionem intenti.

Seneca E- pist. 64.

Ambitio ventosa & turbida.

Tempo- states exci- tatas.

Philo libi. de Iosepho.

IV.

Joan. 1. v. 4.

III. O Ambitio, Doli artifex! quae non stratagemata, & fraudes excogitas ad captivandos ho- minum animos? Ambitiosus quam se officiosum, & affabi- lem praebet omnibus? Quanta se humilitate concivium incli- natur votis? Quam sedulo sol- licitando plebis invigilat favo- ri? Quomodo undique circuit sedulus explorator? blandi- tur, obsequitur, simulat, & dissimulat, miseraque sibi suf- fragia emendicare non erube- scit, manibus, & pedibus re- pens? Quam egregia virtutis, & aequitatis exhibet specimina? Quantis laboribus sui aestima- tionem procurat? & compe- tentis ac æmuli sui denigrare famam contendit? ut per alte- rius ruinam, viam sibi, ac adi- tum ad dignitates sternat? O ambitio! Livoris parens, vitiatorum

P. Franc. Josephi Op. IV.

H. h.

ben.

*Piscina  
probatica  
descrip-  
tio.*

bentem porticus, in his jacebat multitudo magna languentium, cecorum, claudorum, aridarum, expectant: um aquæ motum. Descendente enim prefixis temporibus in piscinam Angelo Domini, aquam commovente, prius in eam descendens post motionem aquæ, sanus fiebat, à quacunq; detinebatur infirmitate. Dum mecum piscinæ hujus conditionem perpendo, qualiter in ea, non nisi unico optatam sanitatem consequente, reliqui omnes spe sua frustabantur, dum jacentium, & competentium inquietudinem, & se invicem prementium, & reprimentium tumultum, accurrentiū in præoccupando commodiori loco sollicitudinem, odium & aversionem sibi obstaculum ponentes, indignationem, contumelias, & querelas languentium considero, dum aliqui de æmulorum importunitate, alij de hominum, sibi denegato conquerebantur auxilio, cum illo, qui triginta & octo annos habens in infirmitate, nunquam auxiliatricem invenire manum potuit, qui se piscinæ immitteret: *Hominem non habeo*, si, inquam, omnes hæcæ piscinæ circumstantias, & condiciones animo revolve, ob oculos meos aula quædam regia, aut ducalis, vel respublica aut civitas poni videtur, tanquam Xenodochia

languidis semper, & ex ambitione decumbentibus infirmis, referta, qui ex longa & vana honorum, officiorum, & dignitatum expectatione, languidi, debiles, & viribus exhausti jacent, semper ad aquæ motum, & officiorum mutationes, & vacaturas attenti. Sed uno tantum ex motu aquæ sanato, & promotu, odia, similitates, & lamenta inaudiuntur innumera, dum uno alios præveniente, ceteri omnes indignabundi, importunius calcant, urgent, & quasi arietando per aliorum ruinas dignitatibus inhiant.

Videas subinde pauperes languentes, qui jam decem, viginti, triginta & ultra annis ad hanc piscinam prostrati, & vana tantum spe & expectatione sustentari, conqueruntur. *Hominem non habeo*, qui ad aquæ motum me promoveat, patrocinando ad altio rem honoris gradum efferat, tamdiu vanis, & inanibus pactum verbis, & promissis. Heu! *Hominem non habeo.*

Licet autem misellus talis tot vacuos menses, & annos laboriosè ad hanc piscinam expectando egerit, nondum tamen (animante semper ambitione) defatigatus, ad piscinam senescere, & mori gravatur, dum spirat, sperat, juvenescente in senibus magis semper & magis ambi-

*Est figura  
ambitionis  
forum.*

*Ambitionis  
expectant  
multis  
annis.*

*Senescunt  
ad piscinam.*

ambitionis ardore, eò ferventiùs præcurrere juvenibus festinantes, quò plures eos, priores intrare, indignabundi cernunt.

V. In memorata piscina omnes languidi maximè ad aquæ motum attendebant, dum enim hæc quieta apparebat, nullà affulgebat spes sanitatis. Hinc facile colligitur, quantà solitudine intenderint commovendæ aquæ, nunquam securi, & sine timore capiebant somnum aut cibum, veriti, ne sibi inadvertentibus commoveretur aqua. Cùm vel levis aspirans aura, aquæ incumberet, jam magna inter languentes commotio, & tumultus, quemque ad præveniendos æmulos excitabat, cùm tamen non esset Angelus, aut Spiritus Angelicus caelesti virtute aquam commovens, sed inanis tantùm Spiritus, & aura, trepidantia inter spem & metum corda deludens.

In aulis, & regnis attentissimâ aviditate jacent ambitione languidi, & infirmi, ad motum aquæ regiminis, ac procerum, vel officialium, ac beneficiatorum commotionem, amotionem, aut mortem intenti, omnem non observantes vel levem mutabilitatis auram, quâ aliquem aquæ motum, & vacantis officij locum sibi patefaciendum confidunt, vix inter officiorum spei, & metûs, dubios confi-

ctus somno aut cibo indulgere sustinent: cùmque levis alterationis aura quemque concusserit, aut adversæ valetudinis rumor percrebuerit, jam bonæ commovendæ aquæ omina concipientes, ad cursum se paratos exhibent, tumultuante jam competentium turmâ.

In ludo suo, in mortem Claudij Cæsaris, ingeniosè conscripto memorat Seneca, Astrologos in singulos annos, imò menses, fatalem Cæsari constellationem, & mortem prognosticasse, unde sæpe per Italiam rumor percrebuerit, vacante thronum Romæ Cæsareum. Ridebat Cæsar has Astrologorum fabulas, longævâ suâ vitâ omnes Astrologorum divinationes confundens. Et fortè non sine ipsius Cæsaris instinctu, ex industria Cæsaris mortem prognosticabant, & aspirante commovendæ aquæ inani spe excitati animi, & ambitione languentes, inter se de vacantibus officijs concertaturi, jucundum sibi facerent spectaculum, & vitam sibi eò amœniores, quò plures ipsius expectabant interitum.

Summa quippe ambitiosorum, adhuc languentium vota sunt, mors, interitus & mutatio Magnatum, Consulârium, officialium, ut novo succedente regimine, commotâ (non per Angelum, sed ambitionis spiritum)

Ad piscinam vigilanter attenduntur aqua motum.

Sic in aulis ambitionis.

Exspectant mutationes officiorum.

Astrologi Claudio in singulis annos mortem prognosticabant.

Ad liberos dandos ambitionis.

Spiritum) aqua, intrandi sibi fiat facultas, & expiscandi nantes, inter commotionis fluctus, tiaras, coronas, sceptras, infulas, quibus tamen expiscandis ita avidi & incauti quidam descendunt, ut inter concurrentium pressuras precipitati, non honoribus satientur, sed suffocati intereant. Ambitio periculosa res, laboriosa, tumida, vana, ventosa.

*Ambitiosi  
piscantur  
tiaras,  
sceptras,  
etc.*

## VI.

Videntur mihi miseri mortales honorum, & dignitatum piscatores & venatores similes pueris papilionem per aera volitantes insequentibus, prout etiam, S. observat Anselmus: sic agunt illi, qui mundi huius honorem appetunt, quomodo pueri, qui sequuntur papilionem; Papilio enim, cum volat, tramitem rectum nunquam tenent, sed huc, illucque se agitant, cumque alicubi residere videantur, nec ibi diu morantur. Hos autem, sequentes cum pueri capere volunt, cito post eos currere satagunt, & quia non ad suos pedes, sed ad papiliones intendunt, aliquando in foveam cadunt. Plerumque cum caute accedunt, & eos apprehendere tentant, papiliones avolant; quando eos apprehenderit, exultant de nihilo, quasi magnum quid fuerint adepti. Similiter faciunt, qui mundi huius honores appetunt; honores enim huius mundi, nunquam certam tenent viam, sed incertis diverticulis de uno ad alium transvolant.

*Sic ambitiosi, hunc moras.*

*S. Ansel.  
de siml.  
c. 77.*

*Papilio-  
nes ve-  
nantur  
pueri.*

O miseri mortales, qui ita pro nihilo transcurrunt, & defatigantur, qui toties evanescentium papilionum, & honorum vanitate delusi, nec tamen eos insequi cessant, sed neque per iteratos casus absteriti, risum potius amulorum, quam pusillanimitatis ignominiam ferre decreverunt. Posito tamen, quod demum desideratum diu assequantur honorem, & dignitatem, quale de ipso, nisi puerile sperabunt gaudium? Exultant de nihilo, cum pueris papilionem venantibus, quasi magnum quid adepti sint, sed heu! quantum est in rebus inane!

Et tamen hanc puerilem papilionum, honorum, & dignitatum venationem, etiam viri aetate, & auctoritate graves doctrinam insignes, vitae exemplaritate conspicui insequi non erubescunt. Testatur Ambrosius: saepe quos vitia nulla delectant, quos nulla potuit movere luxuria, nulla avaritia subvertere, facit ambitio criminosos.

Nonnunquam puerilis haec venatio viros mundo mortuos, vigilijs exhaustos, jejunio palidos, senio confectos & altero jam pede cymbam Charontis ingressos excitare, & ad papilionum, dignitatum consecutionem stimulare visa est, ut puerorum instar currere & discurrere non gravarentur, licet non

*Pro nihilo  
do dicitur  
trunc.*

*Etiam*

*vir*

*senes pueri*

*eorum*

*more di-*

*scurrunt.*

*S. Am-*

*brof.*

*apud S.*

*Bonav. in*

*Pharcc. l.*

*1. c. 24.*

non sub levitatis puerilis, sed senilis auctoritatis prætectu.

rum, hos à somno contemplationis, & quietis excitat hæc Pythonissa, tumida & ventosa, & varijs inquietudinum, ac curarum procellis agitandos exponit.

VII. Ultimo cum Philistæis conficturus Rex Saul, cum nullum inveniret Prophetam, sibi de futuro prælij & belli eventum divinantem, Pythonissam demum adiit, defunctum Samuelem sibi suscitaturam, qui belli eventum edoceret. Annuat multis sollicitata precibus Pythonissa, quam ad conspectum ascendentis Prophetæ exterritam rex animavit: Nolite timere: quid vidisti? qualis est forma eius? Respondit illa: vir senex ascendit, & ipse amictus est pallio; & intellexit Saul, quod Samuel esset, qui porrò interitum ipsi, totique domui denunciavit.

Samuel excitatur à Pythonissa.

Sic Religiosi ab ambitione.

S. Ant. Pad Dom. 2. Trinit.

Pythonissa ambicio.

Prætereo hinc multas, ac varias SS. Patrum opiniones de resuscitato Samuele, an vera illa, aut tantum imaginaria, an ex Dei permissione, vel diaboli, ejus formam representantis, arte facta sit, & me ad moralem tantum converto doctrinam, quam S. meus Antonius Paduanus his exclamans verbis, tradit: *Heu quantos Religiosos mundo mortuos, in claustris sepultos, à somno contemplationis & quietis, & pacis, hæc Pythonissa, id est, amor dominandi suscitavit, & in publicum eduxit. Et quidem amictos pallio, & specioso boni publici promovendi prætextu, amictos pallio zeli animarum lucranda-*

Excitat quippe hæc Pythonissa ventosa periculosos, & turbulentos in mari hujus mundi ventos, quibus exurgentes formidandæ procellæ naviculam Petri concutiunt, & tribulationum aquis replent, uti fatisex Ariana hæresis asseclis in Episcopales sedes sese passim auctoritate Cæsareâ intrudentibus, experta fuit afflicta Mater Ecclesia, & ultimis quoque nostris temporibus, per hanc Pythonissam, dominandi libidinem, & de honore proclamandæ indulgentiæ sibi denegato indignationem, æquè tremendus, si non magis horrendus, excitatus est motus, quo totum pene Romanum Imperium, cum adjacentibus regnis & provincijs concussum, & eversum est. Neque minus formidandas in rebus politicis hæc Pythonissa, aut saga excitat tempestates, quod enim tot multatum fulgura, tot minarum, & dissidiorum tonitrua, tot ignita bellorum fulmina, & terræmotus totum Romanum Imperium concusserint, & omnes Electoratus, & Principatus, tria Magnæ Britannia, nec non

Excitat instar sagæ tempestates.

Per totam Europam, tempestates horrendæ.



Ab. ambi-  
sione ex  
ositate.

Polonia, Suecia, Dania, Hun-  
garia regna discordijs intesti-  
nis exarserint, nulla unquam  
constanti pacis compositione,  
stabilienda, omnia à ventosa,  
tumultuosa, & pessima hac  
saga, ambitione, & dominandi  
libidine excitata sunt, dum in-  
flata, & magistrorum suorum  
exemplo tumida hæreticorum  
capita, omnes passim totius Eu-  
ropæ coronas & scepra, ac  
plenum sibi ubique arripere do-  
miniû attentaverunt. Hæc do-  
minandi libido, abstulit, si non  
omnes, saltem plurimos mag-  
nificos meos, tam Ecclesiasti-  
cos, quam sæculares, ait ge-  
mens Mater Ecclesia, dum pes-  
simi quique Cathedras Episco-  
pales, & thronos regales con-  
scenderunt hæretici, præcipi-  
tatis, & dejectis magnificis Ca-  
tholicis, præcipitandi & ipsi in  
abyssum inferni.

VIII.

Narrat Lucas Evangelista, ita  
contra Christum, vera sibi de-  
prædicantem, exarsisse irâ &  
odio proprios Patriotas, Naza-  
raeos, ut ejectum extra civita-  
tem ducerent usque ad supercilium  
montis, ut præcipitarent eum. No-  
tat Hugo Card. quosdam esse,  
qui ejiciunt Dominum extra ci-  
vitatem ad præcipitandum, ali-  
os, qui ad lapidandum, alios,  
qui ad crucifigendum. Primi  
sunt ambitiosi, qui de culmine digni-  
tatis, quam appetunt, in se ipsis præ-

Ambitiosi  
in seipsis  
Iesum  
præcipi-  
tantes.

cipitant Iesum. Et iterum. Heu  
quàm multi præcipitant Iesum de su-  
percilio montis, omnes scilicet, qui  
in sublimitatibus dignitatum positi,  
salutem perdunt, dum sine cura ad  
animarum ascendunt curas, qua  
possunt (sive rectâ, sive tortuo-  
sa) viâ.

Præter alias pulchras, & læ-  
tasquadro lapide stratas templi  
Dei scalas, fecit etiam Salomon  
Cochleam, Per cochleam ascende-  
bant in medium cenaculum, & à me-  
dio in tertium. Id est (uti post  
Glossam notat Hugo) per viam  
invisibilem, & tortuosam ascensum.  
In domibus Magistratum, of-  
ficiorum publicorum, & etiam  
in domo Dei duplices reperun-  
tur, scalæ, lata scilicet, aperta,  
& rectæ, per quas illi ascen-  
dunt, qui ad officia & beneficia,  
virtute & meritis sibi viam ster-  
nunt, alij autem per Cochleam,  
per viam invisibilem & tortuo-  
sam, secretis præficarum an-  
fractibus, & tortuosis suborna-  
tionibus ascendere conantur;  
multi per hanc Cochleam pe-  
dibus & manibus, cochlearum  
more, plurimis repunt annis,  
& antequam ad culmen perve-  
niant, turpiter decidunt, & re-  
jiciuntur, alij sublimitatem de-  
sideratæ dignitatis, & supercili-  
um montis, vel pinnaculû tem-  
pli attingunt quidem, sed cum  
summo & suo, & aliorum sibi  
subditorum periculo.

Pere-

IX. Peracto quadraginta dierum  
 jejunio tentatum frustra Sal-  
 vatorem nostrum de lapidibus  
 in panem convertendis, *assum-*  
*psit diabolus in sanctam Civitatem, &*  
*stavit eum super pinnaculum templi,*  
 tentans illi persuadere, ut se  
 præcipitaret. Sed à Christo e-  
 lusa etiam hac tentatione, iterum  
*assumpsit eum Diabolus in montem*  
*excelsum valde, &c.* Sicut enim  
 Christus infirmitates nostras  
 portavit in corpore, ita & in si-  
 militudinem carnis peccati ve-  
 stitus, à maligno hoste tentari  
 non erubuit, ut illius dolosas  
 tentationes vincendo detege-  
 ret, quibus etiam tentator nos  
 hodieque aggreditur. Et qui-  
 dem (teste Hugone) *Diabolus*  
*fert Iesum super pinnaculum templi,*  
*(ubi erat cathedra scribarum, & il-*  
*lorum, qui docebant populum) quan-*  
*do aliquis sublimatur in Magistrum,*  
*ut vocetur ab hominibus Rabbi, ut ha-*  
*beat primos recubitus in cæna, & sa-*  
*lutationes in foro. De talibus dictum*  
*est: Tulerunt Dominum meum, &*  
*nescio ubi posuerunt eum. Item dia-*  
*bolus fert super montem excelsum,*  
*Mons excelsus, Episcopatus, & alia*  
*magna dignitas, ubi diabolus defert*  
*Iesum, cum ambitio honoris, vel do-*  
*minandi, & gloriandi, fert homi-*  
*nem, vel spiritum hominis in specu-*  
*lam dignitatis.*

quàm Ecclesiasticorum, & super  
 pinnaculum templi, non à Spiri-  
 tu sancto, sed Spiritu maligno,  
 & à Spiritu ambitionis fe-  
 rantur, quod non meis, sed hi-  
 sce melliflui Doctoris verbis  
 prolatum volo; Annon limina A-  
 postolorum plus ambitio, quàm devo-  
 tio terit? Et quid isti supra pin-  
 naculum, & montem excelsum,  
 nisi præcipitiū expectare pos-  
 sunt? Et tamen hoc non atten-  
 to periculo *Curritur passim ab om-*  
*ni ætate, & ordine ad curas, tan-*  
*quam sine curis jam victurus sit, cum*  
*ad curas pervenerit, ait idem mel-*  
 listuus, & delectantur, si in pe-  
 tris, & præcipitiis currere pos-  
 sint, licet vertigine non parum  
 laborantes. *Sed nunquid currere*  
*queunt in petris equi? Ut nullum*  
 casus habeant periculum? mul-  
 torum planè ruinam deplorat  
 Ecclesia, quod hæc præcipitia  
 multos abstulerint magnificos.  
 Abstulit magnificos meos.  
 Quare ille, qui sponte animam  
 suam, ascendendo, in pericu-  
 lum dedit, ascensus sui temeri-  
 tatem agnoscens deploret, &  
 simul cum iis, qui ad pinnacu-  
 lum templi, & montem excel-  
 sum dignitatum, tam sæculari-  
 um, quàm Ecclesiasticarum vel  
 inviti à Deo elevati sunt, divi-  
 num implorent auxilium, &  
 etiam subditorum suffragia im-  
 plorent, ut divinâ opitulante  
 gratiâ, à ruina præservari, &  
 dig-

Matth.  
 4. v. 5.  
 Christus  
 à diabolo  
 super pin-  
 naculum  
 templi  
 fertur.  
 Item in  
 montem  
 excelsum

Hugo hic.

Sic ambi-  
 tiosi ad  
 dignita-  
 tes.

Præcipi-  
 tandi.

*Curritur  
 ad curas  
 sine cura.*  
 s. Fern. 12  
 de con-  
 fid. ante  
 medium.

Item Epist  
 ad Herm.  
 seno.  
 Epist.

Amos 6,  
 v. 13.

Ambitiosi  
 in petris,  
 & præci-  
 pitis cur-  
 runt.

dignitatis suæ celsitudine, non terreni culmen imperij, caelestis regni solum consequendam, & conturbandam, sed pacandam Rempubli- cam Christianam uti, & post qui valeant, Amen.



# DISCURSVS XXX.

Samech.

Torcular calcavit Dominus, Virgini Filie Sion. Thren. I. v. 15.

## DE ANIMA.

Peccata etiam levia graviter punit in hoc mundo Deus, ut gravia gravissimè puniendâ, & fugiendâ discamus.

**C**um torcularibus recentes & maturæ imponuntur uva, facile inde copiosum exprimitur mustum, nec magnâ opusest pressurâ, & violentiâ. Sed cum exsiccata jam, aut expressa satis, & compressa torculari injiciuntur uva, violentiâ indiget pressurâ, & licet nullus inesse succus credatur, tamen magna torcularis mole depressa majorem pro expectatione succum fundunt.

*Torcular calcavit Dominus Virgini Filie Sion. Torcular ultionem significat, & peccatorum supplicia, ut glossa advertit, ex Paschasio. Quando ergo copiosa, & pinguis torculari immittitur peccatorum, & vitiorum abundantia (sicuti apud populum Hebraum contigit), mirum non est, copiosissimum exprimi panarum mustum, quia sicut in torculari de uvis exprimitur vinum, sic in destructione Jerusalem fuit effusus sanguis Iudeorum; notat in hunc locum Lyranus, sed plus suamet copiosâ malitiæ, quàm divi-*

*Glossa. ordo.*

*Lyranus hic.*

**vinæ.**

Torcularia, p. na peccato. vna.

vinæ justitiæ gravitati copiosum pœnarum effluxum ascribere plebs Judæa debuit, ubi enim abundat malum culpæ, etiam abundare necesse est, malum pœnæ.

*Etiamsi viri boni premuntur*

Sed magis adhuc videtur formidabile, quod subinde contigerit viros bonos, & hominum judicio justos, omnique gravis culpæ humore vacuos, & amore Dei exiccatos, ita ab ultrice Dei manu, quasi sub torculari premi, & conculcari, ut etiam, toto obstupente orbe, magnas exsudare pœnas visi sint, ob culpas planè, humano judicio, leves, ex quibus tantum pœnarum malum elici non posse videbatur. Ut igitur magnum culpæ malum magis horrere discat anima peccatrix, in presenti inquirere placet, quam gravi malo pœnæ, in leve culpæ malum Deus saepe animadvertens torculari ultionis suæ divinæ presserit, ut leves etiam, magnis pœnis gravidas culpas declinare, graves autem, favissimè ulciscendas, abhorre disceremus.

*Ob culpas leves.*

II. Res planè admiranda, & nisi tot experientijs probata, incredibilis videretur, in quovis ligno quantumvis sicco, aut etiam lapide duro, ex concussionibus ignem evomente, humorem, ac aquam delitescere, arte chymisticâ, & ollis distillatorijs facillè extrahendam.

*Distillando extrahuntur humores.*

P. Franc. Josephi Op. IV.

Quantumvis actus humani censeantur à nobis recti, & omnibus iniquitatis expertes, si tantum divina Justitiâ Chymisticâ suâ censurâ superveniat, & torculari suæ rigiditatis comprimat, jam malum culpæ, quod latuit, exprimetur, malo pœnæ gravius vindicandum, quam sibi homo imaginari poterat, non quod æquos Justitiæ terminos divina vindicta excedat, sed quod plus mali lateat, oculis tantum divinis, non humanis perspicua.

*Distillatio opera non*

*Divina Justitia.*

Prothoplastis nostris parentibus inhibuerat Deus esum de fructu arboris scientiæ boni, & mali, sed tentante serpente victa Eva, & hac persuadente, & fructum vetitum (contra Dei inhibitionem jam degustatum) porrigente, comedit & Adam. Fuit quidem transgressio obedientiæ, sed tamen (si moderatas Moralistarum regulas sequamur) valde levis, licet enim Expositores in regulas monasticas cõmuniter doceant, tunc, cum superior sub gravi aliqua pœna, v.g. disciplinæ aliquid prohibet, esse præceptum obedientiæ obligatorium sub mortali, tamè negare vix poterunt, quod materiæ parvitas à mortali excuset. Sub gravi quidè pœna prohibuerat Deus parentibus Prothoplastis, esum fructus de arbore scientiæ boni & mali, in quo enim die comederis ex eo, mor-

*Primi parentis in medico transgrediuntur Dei mandatum.*

*Gen. 3. 17. 18.*

Li

te

*Fuit par-  
vitas ma-  
teria.*  
te morieris: Parvitas tamen ma-  
teria excusare à mortali vide-  
batur, quid enim unci pomi  
furto, aut esu levius? Quis tam  
rigorosus conscientiarum in  
tribunali pœnitentiæ trutina-  
tor esse velit, ut ex uno pomi  
esu, aut furto culpam lethalem  
exprimat? Et pœnam mortis,  
non dico æternæ, sed tempora-  
lis imponat?

## III.

*Apud Cor-  
nclium  
Gen. 3. v.  
6.*

*Quot pec-  
catis in-  
tercurrere  
vinc in esu  
pomi?*

Sed longè accuratius, distil-  
lare actus humanos solet ad ig-  
nem rigidissimæ Justitiæ, divi-  
na vindicta, quæ octo latentia  
in hac transgressione (uti no-  
tat Pererius) peccata expressit,  
scilicet 1. Superbiam 2. nimium  
Adæ erga uxorem affectum 3.  
Curiositatem, 4. Incredulita-  
tem, quasi Deus figuratè, vel  
comminatoriè, non absolutè  
mortem, violanti legem inten-  
tasset, 5. Præsumptionem, qua  
filevè pendendo mandati vio-  
lationem, & veniale tantum  
peccatum, 6. Gulam, 7. Ino-  
bedientiam, 8. Excusationem;  
vel planius loquendo, tam A-  
dam quàm Eva peccavit pecca-  
to inobedientiæ, cujus comple-  
mentum fuit in gula; Fuit au-  
tem Adam dissimilis Evæ in mo-  
tivo peccati, Eva enim come-  
dit, ex motivo superbiæ, quia  
ex instinctu serpentis voluit  
Deo assimilari, Adam autem,  
quia noluit contristari delicias  
suas.

Has ergo peccatorum labru-  
scas collegit. Deus quasi in tor-  
culari, & vindemiavit miseros Tho. 1. v.  
parentes nostros propter iniquita- 22.  
tes suas, & torcular calcavit Do-  
minus, tanto divinæ Justitiæ  
pondere, ut amarissimam, &  
copiosissimam exprimeret pœ-  
narum affluentiam: *Mulieri di-* Gen. 3. v.  
*xit: multiplicabo ærumnas tuas, &* 16.  
*conceptus tuos, in dolore paries fili-*  
*os, &c.* Adæ verò: *Quia audisti*  
*vocem uxoris tuæ, maledicta terra*  
*in opere tuo, in sudore vultus tui, vo-*  
*sceris pane, donec revertaris in ter-* Quam  
*ram de qua sumptus es. Et emisit eum* gravis se-  
*Domini Deus de Paradiso volupta-* cuta pe-  
*tis, &c.* na.

Et hæc quidem pœnam tam tre-  
menda, tolerabilis fortè adhuc  
videretur, si in Prothoplasto-  
rum tantum personas redundas-  
set, sed pro dolor, in totam to-  
tius generis humani posterita-  
tem, & filios Adæ proclamata  
fuit sententia, quoad culpam &  
pœnam. Quòd enim hodiè que  
tot affligimur miserijs, quòd fa-  
mem patimur, siti arescimus,  
fatigamur laboribus in sudore  
vultus nostri, doloribus angu-  
mur, morbis consumimur, &  
innumeris alijs obruimur malis,  
omnia ex unico Adami trans-  
gressione radicem habent.

Licet autem gravissimum IV.  
Adæ peccatum fuerit ratione *Adæ pec-*  
ingratiitudinis, & damni in om- *catum.*  
nes posteros transfusi, non ta- *non fuit*  
men *gravissi-*  
*imum.*

men gravissimum fuit si speciem peccati, & peccandi libidinem consideremus, majori enim ex libidine, & malitia peccarunt Angeli, & etiamnum multi homines, & in gravioris peccati specie. Imo fuit etiam minimum ratione materiae, & tamen hoc peccatum omnium gravissimè fuit punitum.

Quid ergo dicemus adhuc?

Nunquid terminos aequitatis transgressam inculpabimus divinam Justitiam? Absit. Existimabam, ut cognoscerem hoc: Labor est ante me. Hic Plato jubet quiescere. Hic cum Psalmista exclamandum: *Iustus est Dominus, & rectum iudicium tuum: mandasti justitiam, testimonia tua, & veritatem tuam nimis.* Non quidem, quòd nimis, & nimium excessum, vel in mandando, vel in administrando Justitiam admittat Deus, sed nimis, idem est, quòd valde, & exactè custodiri præcepta sua velit Deus, & sicut servanda valde præcipit, ita transgressores valde castigat, ut vel sic, aliorum tremendo edocti exemplo, divinis obtemperare mandatis discamus.

Educto è Sodomis cum Lot tota sua familia, præcepit Deus, ne retro ad ardentem respiceret civitatem: *Noli respicere post tergum.* Præceptum hoc divinum, ab Angelo internuncio datum, transgressa uxor Loth, respexit post se, vel strepitu ignis, & sulphurea pluvia, aut pereuntium clamore, & ejulatu, sive ex timore, ne & ipsa corripetur flammâ, sive ex curiositate, aut etiam dolore rerum ibi relictarum, & amissarum, & versa est in statuam salis. Vatablus legit: *In statuam perpetuam, hanc enim muliebri specie efformatam statuam non tantum multis centenis durasse annis affirmant auctores, sed eam etiamnum extare docet Adrichomius, nec desunt, qui eam ad finem usque mundi duraturam autument. Et quare hoc? Ad quid tanta statuae hujus duratio, cum omnia pene antiquissima miraculorum, statuarum, & colossorum monumenta, licet ex ære fusa, vel è duro excisa marmore, temporum iniquitate perjerint? rationem, quare uxor Lot in statuam non marmoris, sed salis versa sit, reddit glossa: *Exemplum facta scilicet, & condimentum, unde alij saliantur.* Sicut ergo in exemplum alijs peccatoribus posita est, ita etiam ad exemplum, & salendum conservanda in ævum.*

Apud Corin. hic. Gl. ordin. Non peccavit mortalij ser. Etiam,

Peccatum porrò uxoris Lot respicientis, mortale quidem fuisse æstimat Dionys. Carthusianus, alij tamen venialem hanc fuisse culpam meritò opinantur, ex nimio timore vel (esto etiam) ex curiositate contra-

Mal. 72. v. 16.

Mal. 118. v. 137.

Judicia Dei inscrutabilia.

Gen. 19. v. 17.

Uxor Lot: quam graviter punita?

etiam, neque ex solo curiosita-  
tis vitio, tantam sibi imminere  
pœnam, unquam sibi fuisset ima-  
ginata, si enim tam læva inse-  
queretur vindicta omnes curio-  
sas fœminas, has, in salis sta-  
tuas convertens, nihil in mun-  
docarius foret fœminis, & ni-  
hil sale copiosius & abundantius.  
Et tamen gravis hæc pœna  
in miseram hanc cecidit fœmi-  
nam alijs in exemplum, & con-  
dimentum, maximè autem illis,  
qui obscœnis oculos adulteros  
curiositatibus pascunt, ut hor-  
rendam inopinata, & partim  
ex metu, partim ex compassio-  
ne causata curiositatis pœnam  
contemplantes, graviora sibi,  
& multò magis tremenda cer-  
tò sibi persuadent imminere  
supplicia.

Quid oculi  
li la fœris  
partem  
tur.

V.

Missus ad impium Jeroboam  
corripiendum Propheta, præ-  
ceptum acceperat à Deo non  
comedendi, aut bibendi in via,  
non comedes panem, neque bibes a-  
quam, nec revertaris per viam, qua  
venisti. Alià ergo in reditu in-  
cedens viâ venit in Bethel, ubi  
Propheta senex habitabat, qui  
alteri amici sime ad mensam in-  
vitato persuadere non potuit,  
ut comederet, aut biberet, do-  
nec & ipse se Prophetam, sibiq;  
Angelum, ut prandium para-  
ret, locutum esse prætexeret,  
sed cari tibi solvenda erat hæc  
modica refectio, dum ex Dei

Propheta  
ob trans  
gressum  
ei iunium  
punitus  
morie.

4. Reg. 11.  
v. 9.

vindicta contra inobedientem  
in via exurgens leo, eum occi-  
dit. Et quidem (teste Corne-  
lio) Fuit hoc eius peccatum veniale  
duntaxat, quia Prophetam credidit  
esse veracem, non mendacem.  
Et tamen etiam venialem hanc  
inobedientiam, & sensualitatis,  
gulæque appetitum vitâ luere,  
debut, & pransum discerpere  
leones, qui jejunum venera-  
bantur Daniele. Et (uti  
probè notat Chrysof.) Sicut  
canis, aut qualibet fera, quam  
homo beneficijs cicuravit, sibi que in  
omnibus obsequentem reddidit, si vul-  
tum simulet alienum, aut proprium  
mutet, aut obscuret, fuligine putat,  
aut cano, aut colore non proprio non  
minus illum allatrat, morisque ap-  
petit. domi stans canis, aut lacerat  
mansuetus leo, quàm si esset alie-  
nus. Sic quia Propheta iste per ino-  
bedientiam vultum fuligine sedave-  
rat, non agnovit leo, tanquam Do-  
minum suum, atque ideo tanquam  
alienum interfecit.

Corne-  
lio hic.

Peccavit  
tantum  
veniali-  
ter.

S. Chry-  
sost. in  
psal. 1.

Creatura  
peccato-  
rem non  
ampli-  
us ag-  
noscit  
ut Domi-  
num.

Ut nempe Prophetæ hujus  
exemplo expavescerent inobe-  
dientes Ecclesiæ filij, qui præ-  
cepta transgrediuntur jejunia,  
carnes præscriptis diebus inter-  
dictas comedunt, sive ex huma-  
no respectu, sive ex inordinato  
gulæ pruritu impulsi, si enim  
leo, veniali inobedentiâ macu-  
latum Prophetæ vultum non  
agnovit, sed eum laceravit, du-  
tiora quidni experientur illi fi-

Quid faci-  
et illi,  
qui carnes  
mandu-  
cavit die-  
bus prohibi-  
tis.

lij

lij inobedientia, & protervi-  
legum Divinarum, & Ecclesia-  
sticarum transgressores, quo-  
rum facies sicut nigredo ollæ,  
& non sunt cogniti in plateis?  
& si in viridi, & per gratiã san-  
ctificantem adhuc florente lig-  
no, & Propheta hæc fecit Divi-  
na Iustitia, in arido peccatore  
quid fiet?

VI. Magna cum solemnitate &

2 Reg. 6. devotione David Arcam de do-  
mo Abinadab, plastro novo  
impositam, transferre parabat

ex Gabaa. *Oza autem, & Abio,  
filij Abinadab minabant plastrum  
novum.* Calcitrantibus verò bo-  
bus, & inclinante se Arcâ, ex-  
tendit Oza manum ad Arcam Dei,

*& tenuit eam. Iratusque est indig-  
natione Dominus contra Ozam, &  
percussit eum super temeritate, qui  
mortuus est ibi juxta Arcam Dei.* Sed  
quæ temeritas, aut irreverentia,  
quòd Levita Deo dicatus Arcam  
Dei, quò minus caderet, tene-  
bat? An morte idcirco dignus  
Oza? Theodoretus eum ob pec-  
catum aliquod nobis ignotum,  
& occultum fuisse occisum ju-  
dicat, præterquam quòd incau-  
tius attingere eam præsumpe-  
rit; Alij alias divinant ( licet  
non adeò graves ) causas, abs-  
que tamen solido fundamento.

Lyranus  
hic.

Lyranus convenientem meo  
judicio causam: *Quia ( inquit )  
fecerat poni Arcam super plastrum,  
cum tamen deberet portari in hume-*

ra Levitarum. Sed neque hoc  
tam enorme videtur esse pecca-  
tum, morte tam repertinã, cum  
tanto totius populi terrore ple-  
tendum, quòdque ad tantam  
iram & indignationem provo-  
care deberet Deum; præsertim  
cum graves auctores Levitam,  
licet temporali morte castiga-  
tum, æternam tamen mortem,  
& damnationem evasisse doce-  
ant, adeòque peccatum non  
mortale, sed veniale tantum fu-  
isse decernunt.

Optimè hinc moralizat Cor-  
nelius, hinc disce, quanta puri-  
tate, & reverentiã accedendum  
sit ad SS. Eucharistiam, si enim  
à Deo Levita minus reverenter  
Dei Arcam ( in qua manna as-  
servabatur ) contrectans tanta  
indignatione occisus est, quid  
illi expectare debent, qui con-  
secratam hostiam [ in qua non  
manna terrestre, sed vera Chri-  
sti caro & sanguis est ] irreve-  
renti manu, aut ore contingunt?  
Et in fœtidam, ac lasciva desi-  
deria exhalantem, impari cor-  
dis sentinam projiciunt? An  
non digni tales, quos hianti ore  
deglutiat terra, aut excussa de  
cælo fulmina feriant? non tem-  
porali tantum, sed æterno ple-  
tendi interitu?

Gravissimã in Davidem, to-  
tumque ejus regnum pœna ani-  
madvertit Deus, dum sævã luc,  
intra unius diei, imò sex hora-  
ram

VII.

2. Regi.  
24. v.

David ob  
vanam  
gloriam  
punitus.

rum spatium, septuaginta hominum millia consumpta sunt, quæ pœna Davidem, ab Angelo evaginatam vibrante gladium ipsi denunciata, adeò terruit, ut non desint graves auctores, qui asseverent, exinde toto vitæ tempore Davidem [horrore hoc, & timore gravissimo concussus] frigore nimio constriatum, quasi obriguisset.

Sed quæ tanti horroris & tremendæ afflictionis causa? fortè commissum Davidis adulterium, & cædes injusta innocentis Uriæ? Non: cum enim verè pœnituerit David, transtulit quoque Deus peccatum, & pro peccato mortuus est filius, ex adulterio natus. Et quoniam exemplo suo ad similes lascivias filius animaverat, primogenit' propriæ sororis constuprator à fratre Absalone occisus est, & ab hoc summam persecutionem, quibus omnibus abundè commissum Davidis homicidium, & adulterium pœnas dederat.

Alia eius  
peccata  
iam remissa, &  
punita.

Sed neque præceptis & injustum Davidis iudicium (quo innocenti Miphiboseth cum malitioso suo servo Siba, bona omnia ex æquo dividenda injunxit) præfata tremenda pestis ratio fuit, nam pœna temerario, & præcipiti Davidis iudicio à Deo posita fuit, ut sicut ipse Miphiboseth cum servo substanti-

am suam jus sit dividere, sic regnum Davidis sub Roboam nepote cum servo Jeroboam divideretur. Adeòque omnes præfatas culpas præsens terribilis plaga, & septuaginta millium virorum strages non tangit, sed populi tantum numerationem, quæ tamen adeò gravis culpa non fuit, sed inanis tantum & vana gloriola, aut jactantia, sic enim expressè asserit Gregorius: *David Deo teste laudatus, tumore repentinæ elationis, populum numerando peccavit, nec culpa mortalis fuisse censetur, vel si mortalis, planè non ea inter graviores.*

Josephus, Cajetanus, & Abulensis aliam huic populi lustrationi culpam annectunt, neglectam scilicet legem, quæ jubet (Exod. 30.) ut in censu seu lustris quisque solvat dimidium siclum. Sed veri simile non est, neglectam fuisse hanc à Rege exactorem, non enim sunt Magnates ita earum legum obliviosi, quæ arario suo proficiunt, nec unquam eos invenies magis scrupulosos.

Unde hujus censûs neglectum nullo modo verisimilem, aut Davidem in eo reum Cornelius *hic.* estimat, sed potius quod peccavit David, ad solvendum dimidium siclum cogens populum, in superflua & vana lustratione, sine necessitate publica *hic.*

&

& nullo urgente belli periculo instituta, licet David hunc censum non ad inanem pompam, & superfluum aulae suae luxum, applicaverit, sed illi suo thesauro, & arario regio junxerit, in quo aedificandi templi sumptus reponebat. His tamen non obstantibus, gravem cum populo suo, Dei vindictam, & horrendam poenam evadere non potuit, hac sola à Deo gratia donatus, ut inter tria, belli, famis, & pestis, tremenda mala, electio sibi concederetur.

totius, & mirabilis planè visionis sub Vdalrico 2. Episcopo Constantiensi, Anno 1127. videri potest, quam hinc annexa brevitas non permittit. Baronius quoque sub iisdem annis cum alijs graviter invehitur in eos, qui ad praefati, licet pijsissimi, belli sumptus, redditus Ecclesiarum, & Hospitalium applicare praesumpserant. Sed [O Deus immortalis!] si tanta haec ac tam gravi poena, digna fuit culpa, qualis eorum erit, qui non solum redditus Ecclesiarum, & Hospitalium pijs applicant bellis, pro terra sancta recuperanda, sed pro fundendo Christiano sanguine, ipsas Ecclesias, hospitalia, Monasteria, cum domibus pauperum in cineres redigunt, & piam fundatorum intentionem in perpetuum defraudant.

*Etiā in b. lo. sa. cro.*

VIII. Obone Deus! quam horrenda ergo Regibus & Magnatibus imminebit poena, qui nulla urgente necessitate non medium siculum, sed florenos in capita singula pauperum subditorum, nec pane quidem famem sedare valentium, toties imponunt, & exactiones faciunt intolerabiles, domos viduarum & pupillorum devorant, ad luxum suum, vel bella reipublicae Christianae nocivissima continuanda. Legimus in Chronicis Episcoporum Constantiensium terribilem poenam, quam Albertus Baro de Zimmeren in venatione quadam ad mirabile castellum à spiritu ductus, vidit patris suum Patrum, unà cum suis consiliarijs, qui graves à subditis extorquebant exactiones, pro sumptibus belli contra Sarcenos instituendi, descriptio

Si unicum adulterium Davidis, si unicum commissum Viri homicidium tam cruento, & periculoso bello, & unicum praecipue Davidis (contra pauperulum Miphiboseph nepotem Saulis) prolatum Judicium, totius regni scissione punitum fuit, quid obsecro miramur, tam gravibus Imperium Romanum, & omnia Europae regna affligi bellis, & miserijs, igne ferroque devastari, quando maledictum & mendacium, & homicidium & furtum, & adulteri-

*Nov. m. rmm, quod p. ni. d. m.*

*Osce 4o v. 29*

*Cavete Magnates aggravate subditos.*

um inundaverunt, & sanguis sanguinem tetigit, hoc est [uti breviter Interlinearis exponit] Peccatum peccato, nova veteribus addunt. Si ergo uno regis adulterio, homicidio, & injusto, non malitiosè, sed præcipitanter prolato iudicio, & vanitati innumerando populo admiffæ, tanta debetur pœna cruenti belli, famis, & pestilentia? Quæ belli sævities? quæ famis penuria? quæ pestilentia lues? quæ flagellorum crudelitas? quæ malorum congeries? quæ pœnarum enormitas, tot malis, & peccatis Christiani populi sufficere potest, si pro mensura peccati, erit plagarum modus. Deut. 25. v. 2. Miremur, miremur fratres, & obstupescamus, non de malis quibus affligimur, miremur non de vindicante graviter Dei manu, sed de ejus miseratione, qua ita nos ferit, ut tamen non, pro meritis, penitus extinguat, qui pro levibus etiam defectibus uxorem Lot, Prophetam illum juniorem, imò & ipsum Moysen, virum tanta sanctitate deprædicatum morte temporali multavit?

IX. Si ergo Deus non tam graves, quàm etiam leviores & veniales culpas tam graviter in hoc, sed longè gravius in altero puniat mundo, misericordem simul & iustum deprecemur Deum, & in cinere & cili-

In hac  
vita pan-  
cis satis-  
facimus.

cio pœniterentes & contriti culpæ, & pœnæ indulgentiam supplices petentes, iratæ Justitiæ satisfaciamus, nam (teste meo Seraphico) secundum forum Ecclesiæ presentis, satisfacit homo leviter, sed secundum forum purgatorij punietur gravius, secundum forum verò inferni, gravissimè pro veniali, quia æternaliter, si cum mortali, & veniali decesserit. Pœna quippe temporalis veniali peccato debita, in inferno æternaliter sustineri debet, cum extrastatum gratiæ positus damnatus, solvendi media, & satisfaciendi, aut satis patiendi, penitus sint abscissa; in purgatorio autem non nisi graviter, & satisfaciendo divinæ Justitiæ satisfieri possit.

Exemplum habemus de hoc (ait Seraphicus) quia mensura vini, quæ in uno loco valet 6. denarios, si ducatur ulterius, adhuc valet duo solidos. Accedente scilicet novis turpibus, & vectigalibus. Sic etiam quò longius peccata nostra vehimus, eò carius erunt solvenda, quæ levi modò obolo in eleemosinam erogato, brevi oratione, parvo jejunio solvere valemus, ea in purgatorium & infernum delata jam majori, & horrendâ constabunt pœnâ.

Pœna tamen (pergit Seraphicus) illata pro veniali in inferno, incomparabiliter minor est, quàm illata pro mortali. Unde solet dici, quod pœna

In altero  
mundo  
graviter.

Si vinum  
longè ve-  
hitur ca-  
rius emi-  
tur.

Pœna hu-  
ius mundi  
est pun-  
ctum.

*pena illata in inferno pro mortal, est sicut soliditas; illata pro veniali, sicut superficies; illata pro veniali in purgatorio, est sicut linea. Illata pro veniali in presenti, est sicut punctus.*  
*Inferni pro veniali superficies.*  
 Si autem punctum tam acerbè saepe pungentem, & pœnam pro veniali, gravissimam in hoc mundo, vix tolerare possumus, quomodo lineam in purgatorio, ac superficie, & corpus solidum pœnarum sustinere valebimus in inferno? Ibi, ibi Torcular calcabit Dominus

Virgini filia Sion, ibi conteret contritione horribilissimâ impios peccatores. Sapiamus ergo, & emendemur in consideratione, & afflictione puncti, ne immensa moles torcularis infernalis nos deprimat, & affigentem in hoc mundo timere discamus divinam Iustitiam, ut in altero mundo implacibilem evadamus vindictam, sed misericordiam consequamur æternam, Amen.



DISCURSUS XXXI.

Samech.

Abstulit omnes magnificos meos Dominus de medio mei. *Thren. I. v. 15.*

DE ECCLESIA.

*Gemit Ecclesia, à magnatibus suis, & nobilibus honorem non amplius in generosis & virtuosis, sed in vitiosis & scandalosis actibus & vanitatibus queri.*

*T. Homo honoris cupidus.*

**I**Ta in corrupto, per originale peccatum animo altas radices egit honoris cupiditas, ex prima nostra ma-

tre Eva, hæreditata, ut vix canis venaticus avidior insequendæ feræ, quàm homo venandæ honoris inveniatur, per dura & aspera,

*Kk*

aspera, per devia & avia, ipsamque vitæ jacturam, gloriam ambiens. Quemadmodum vero canis venaticus in odoratu deficiens, facile à veris feræ vestigijs aberrat, & vano labore aërem venatur, sic miseri homines honorem & magnificentiam venaturi, in odoratu interno plurimum deficiunt, in ijs actibus vitiosis honorem quæsituri, in quibus nullâ honoris, & virtutis vestigia, sed turpitudine potiùs, & contumelia reperitur, quod proinde merito deplorat S. Mater Ecclesia, ablatos sibi fuisse Magnificos illos, virtuosâ generositate verum sibi, ac commendabilem conquirentes honorem, quibus passim succedunt alij, qui vitiosis tantùm actibus ad gloriam & magnificentiam sibi viam sternere parant, eo ipso tamen à vero honoris puncto aberrantes, manent inglorij.

*Aberrat à puncto honoris.*

## II.

*Vera gloria est, honores contemere.*

Non mei modò est propositi, in fundamentis asceticis discursum meum fundare, quæ nullum omnino admittant honorem & gloriam in veris humilis sui Servatoris imitatoribus, qui nulla nisi humilitatis, & proprii contemptus, ac despectus vestigia nobis reliquit, dum inter cælum & terram infami confixus ligno, & latro num in societate despectus, ex aliorum hominù honesto con-

sortio ejectus est: uti seraphicè hoc insinuat S. meus Bonaventura: *Domino orbis, totu negatus est orbis! Nil in mundo nihil estimatum est Domino mundi, inter cælum & terram suspensus, ac si non esset dignus mori in terra, aut vivere.*

Quoniam autem, *Gloria magna est sequi Dominum* (teste Ecclesiastico) inò unica; hinc est, quòd hisce vestigijs insistentes S. Apostoli, & primævi Christiani, summo sibi duxerint honori, si

pro nomine Jesu contumeliam, & ignominiosam pati mortem, digni haberentur. Sedatis porò cruentis persecutionù procellis, veri feryi Dei, sui tantum Domini zelantes honorem, humilitatis vestigijs tam firmiter inhærebant, ut in solo tantum sui contemptu gloriam quærentes, omnem mundi honorem & gloriam seu fabulam exhibilarent. Hinc insignis ille mundi contemptor F. Jacoponus, ubi rejecto ambitiosi Caudici titulo, ad veræ sapientiæ (quæ quidem stulta est hominibus) studium se applicavit, omnem mundi calcans gloriam, generosè cecinit:

*Quid mundus militat sub vana gloria,*  
*Cujus potentia est transitoria?*

Sed hæc altissima divinæ sapientiæ Philosophia, sublimis & subtilis nimis est, pro principijs & rudimentis politicorum,

*S. Bonav. de perfect. vitæ c. 6.*

*Ecclesi. 23. v. 36.*

*Gloria magna, sequi Christum.*

*moribus.*

*Vel vitio in de peccat.*

*Hæc vera est sapientia.*

rum, horum enim capacitatem & ingenium hæc lectio transcendit, nec ab honoris & gloria crepundijs teneri eorum animi, se omnino abstrahi patiuntur, laudem inde non vulgarem in vniverso, imò ab ipsa subinde consecuti Ecclesia.

III.

Sed in quibus actibus generosi nostri antecessores, & antiqui Ecclesie & præsertim Germania nostra Magnifici, Punctum honoris, posuerunt? Reges & Principes Christiani, olim summum gloria, & honoris punctum, in protegenda, & propaganda ponebant Ecclesia, & Fide Christiana. Testatur

Reges Christiani non possunt honorem.

Apoc. 7. v. 2.

sanctus Evangelista in sua Apocalypsi, post hæc vidi quatuor Angelos, stantes super quatuor angulos terre, tenentes quatuor ventos terre, ne flarent super terram, neque super mare, neque in ullam arborem. Et vidi alterum Angelum ascendentem ab ortu solis, habentem signum Dei vivi. Notat in hunc locum

Lyranus hic.

In defensione Ecclesie.

Lyranus, quod homines maxime potentes, & in dignitate constituti in hoc libro frequenter nominantur Angeli. Et si sunt boni, sunt Angeli Dei, & si mali, sunt magi Angeli Sathanae. Quatuor igitur Angelos, potentes & malos simul super quatuor angulos terre stetisse, advertit præfatus expositor, quatuor scilicet Imperatores; nempe Maximinianum in Oriente, Severum in Italia,

Maxentium Romæ, Licinium Alexandria in Ægypto, Ecclesiam persequentes, & tenentes quatuor ventos terræ, ne flarent super terram, id est (ait Lyranus) impediētes Doctores Ecclesie, ne verbum Dei prædicarent: De quo flari dicitur Cant. 4. surge Aquilo, & veni Austro, perfla hortum meum, & fluent aromata eius; quia per statum prædicationis secundatur hortus Ecclesie militanti.

Et vidi alterum Angelum, id est Imperatorem Constantinum, (qui fuerat Angelus bonus, & Angelus Dei) ascendentem ab ortu solis, nam (ait iterum Lyranus)

Lyranus.

ex ordinatione solis iustitie ascendit ad dignitatem imperialem, ut daret pacem Ecclesie; habentem signum Dei vivi, vexillum Crucis (glossatur Interlinearis) cœlitus sibi exhibitum, auditâ etiam voce:

Gl. Interlin.

Constantine in hoc signo vinces. Hoc ergo signo victorioso munitus Constantinus, non solum quatuor illos Angelos Sathanae prostravit, sed etiam à Papa Sylvestro baptizatus, honoravit, & exaltavit Ecclesiam, ut Lyrani verbis utar, & quemadmodum ex communi verbo, honor est in honorante, ita etiam dum Ecclesiam suâ pietate honoraret Constantinus, & magnificaret ac dilataret victorijs, magnificatus est & ipse honoribus, Magni merito nomine à tota militante Ecclesia proclamatus.

Constantinus Magnus zelosus in defensione Ecclesie.

Kk 2

Hujus

IV. Hujus vestigia insecutus est  
 maximè Magnus Gallia Rex,  
 Clodovæus, qui à S. Remigio  
 ad fidem Christi conversus, &  
 sacro Baptismatis fonte rena-  
 tus, inter Reges primogenitus  
 Ecclesie esse meruit, cum sub-  
 ditis suis in ejusdem gremium  
 se recipiens. Nec hujus fervori  
 cessit Carolus Magnus, de quo  
 ad literam quidam intelligunt  
 illud Apocaliptis. *Et vidi tanquam*  
*mare vitreum, mistum igne, & eos,*  
*qui vicerunt bestiam, & imaginem*  
*Cornelius eius, &c.* Putat enim Aureolus  
 hic describi pietatem, & zelum  
 Caroli Magni, itaque mare vi-  
 treum esse populum Galliarum,  
 qui transiens per aquas maris,  
 id est, baptismi in Christi fi-  
 dem, ita constanter ei adhæsit,  
 ut Christianissimi cognomen  
 acceperit. Mare hoc vitreum,  
 mistum fuit igne, id est zelo, &  
 fervore fidei, qui bestiam, id  
 est, Saxones, Saracenos, & Hun-  
 nos subegit, &c. Et siquidem  
 iste non sit proprius sensus lite-  
 ralis, uti Cornelius sentit, ta-  
 men eodem telte, est hæc elegans  
 allusio, & adaptatio. Fuit ergo  
 Carolus, Magnificus Ecclesie,  
 ex zelo & fervore fidei, æquè  
 ac Constantinus, Magni nomi-  
 ne honoratus, ut ejus exemplo  
 discerent Monarchæ Christiani,  
 verum honoris & gloriæ pun-  
 ctum, zelosâ ac generosâ Ec-  
 clesie ac fidei Catholicæ defen-  
 sione, ac propagatione, ac infi-  
 delium populorum ac Hæreci-  
 corum subjectione conqueri,  
 non autem Christianæ gentis  
 oppressione, aut effusio Chri-  
 stiano sanguine, hoc enim pur-  
 puræ Regum Christianorum  
 non decorantur, sed maculan-  
 tur, qui quasi torcular filia Sion  
 Ecclesie calcantes, Christianum  
 sanguinem, ut mustum expri-  
 munt. Istos humano ac Chri-  
 stiano sanguine purpuratos se-  
 verus Judex compellabit toto  
 inspectante mundo: *Qui sunt isti,*  
*qui veniunt de Edom tincti vestibus,*  
*&c. Quare rubram est indumentum*  
*vestrum, & vestimenta vestra sicut*  
*calcantur in torculari? Nonne*  
*torcular calcastis, filia Sion,*  
*Ecclesie? In Geth nolite annuncia-*  
*re, ait Michæas. Geth (affirmat Mich. 6.*  
*S. Ant. Pad.) interpretatur torcu-*  
*lar, & significat huius mundi super-*  
*bos, qui tanquam torcularia oppri-*  
*munt, & emungunt pauperes & ino-*  
*pes, quibus dicitur Mich. 3. Vio-*  
*lenter tollitis pellem eorum de super eis, &*  
*Potentem carnem eorum, de super ossibus eorum.*  
*Aspersus est ergo sanguis pauperum*  
*fidelium super vestimenta vestra, &*  
*omnia indumenta vestra inquinastis.*  
 Generosus ac nobilis vena-  
 tor non erubescit, licet cruen-  
 tæ bellæ, à se prostratæ, san-  
 guine tingatur, sed gloriatur  
 magis, erubescit verò lanio  
 comparere in cœtu virorum  
 gravium, sanguine ovium à se  
 macta-

Sic & Clodovæus.

Apoc. 15. v. 2.

Cornelius hic.

Carolus Magnus.

Reges Christiani non sanguine Jecur inquina-  
 nant.

Isa 63. 1.

1. v. 10. 5. Ant. Pad. Dom. 133. Trinit.

Potentem carnem eorum, de super ossibus eorum. oppres-  
 res pauperum.

V.

Reges contra gentes pugnant. v. 10. 5. Ant. Pad. Dom. 133. Trinit.

maestatarum cruentatus. Illi Monarchæ Christiani, qui immanes belluas, gentes infideles prostraverunt, effuso sanguine harum belluarum asperfi tanquam robusti venatores coram Domino gloriam sibi veram acquisierunt, qui verò Christianos tantum populos, & oves Christi bellis petere, & mactare didicerunt, non venatores generosi, sed cruenti ovium Christi laniones censendi sunt, de quorum numero non fuerant Magnus ille Constantinus, & Carolus, non Christiano sanguine cruentati, sed infidelium cruore purpurati; sicut isti magnam inde & immortalam gloriam, ita eorum milites suam inde traxerunt nobilitatem.

Et quidem invictus & immortalis gloria ac honore dignus heros, Carolus Magnus, è bello cum infidelibus feliciter confecto, redux, hac brevi elegantia, & nervosa oratione Nobiles suos Germanos dimisit: *Ite milites mei, vos heroes vocabimini, socij regum, iudices criminum: vivite posthac laboris expertes. Consulite regibus publico nomine; Favete orphanis, juvate pupillos, consilio circumdate Principes; Ab his victum, & amictum, & stipendium petite. Si quis negaverit, inglorius, infamisque esto. Si quis iniuriam vobis intulerit, reum se Maiestatis agnoscant. Vos autem cavete, ne tantum decus, tantumque privilegium*

*inusto labore partium, aut ebrietatis, aut scurrilitatis, aut alio quovis vitio maculetis, ne quod vobis largimur ad gloriam, redundet in penam, quam de vobis sumendam (si forte excesseritis) nobis, & successoribus nostris, Romanis Imperatoribus, perpetuo reservamus.*

Maximam suam hodie gloriam etiam Christiani in nobilitate ponunt, cujus quidem rigorosus censor est Hugo Card. S. Bernardi allegans auctoritatem, asserentis, *sanguis nobilium nunquam profuit Ecclesie; quæ quidem verba in Doctore mellis suo reperiri, ob tanti viri auctoritatem non dubito, quamvis ipse non legerim: ceterum hunc Doctorem nobilitati adeò contrarium non invenio, qui, in sua ad Sophiam Virg. epistola, hæc habet: Minime quidem Deus est acceptor personarum, nescio tamen quo pacto, virtus in Nobilibus placet. Cum itaque ipse nobilitatis gloriam virtuti conjunctam non rejiciat, nec ego Christianis (non asceticè & asceticis, sed mundanis loquor) nobilitatis honorem penitus rejicio, moneo tamen, cum textu juris expressio: Quod tantum non debet attendi nobilitas generis, quantum nobilitas morum. L. sed & reprobrari, §. amplius ff. de Execut. Tuto; sic etiam Aristoteles definit Nobilitatem, veterem cum virtute opulentiam.*

Gen. 10. 1. 9.

Contra oves Christi, laniones.

Oratio Caroli Magni ad Nobiles Germanos.

Honor in Nobilitate queritur.

Hugo Card. Ezech. 22. v. 5.

S. Bern. in Epist. 112. ad Soph.

Nobilitas debet esse virtus.

Arist. 4. Polit. 8.

Kk3

Quæ



VI.

Iustitia  
presertim  
erga vi-  
duasEt pupil-  
las.Exod. 22.  
v. 22.Ecc. 4.  
v. 10.Iob. 29.  
v. 11.Lyranus  
hic.

Quæ autem virtutes illa, nobilitatem maximè decentes, sint, ex allegata modò invictissimi Imperatoris oratione satis liquet, nempe viduarum, & pupillorum imprimis tutela, atque protectio, licet enim omnibus indifferenter administrare Iustitiam, & suum cuique jus tribuere conveniat, maxima tamen in viduas, & pupillos nobilium cura debet esse, quorum potentiâ illi non opprimantur, sed foveantur. Et inde quidem orphanum pauperculi, etiam pupilli dicti mihi videntur, eò quòd quasi pupillam oculi, eos fovendos Deus præcipiat, & hos qui offendit, & lædit, quasi Pupillam ipsius Dei lædere censeatur. Hinc præcepit Deus: *Viduae & pupillo non nocebitis, si læseritis eos, vociferabuntur ad me, & ego audiam clamorem eorum.* Idem jubet Ecclesiasticus: *In iudicando esto pupillis misericors, ut pater, & pro viro mariti illorum, uti de seipso testatur patiens Propheta, & gloriatur: Cor viduae consolatus sum, oculus sui caeco, & pes claudò, pater eram pauperum, conterebam molas iniqui, & de dentibus eius aufereram prædam. Molas iniqui conterebat Job, id est, eius potentias, & violentias, pupillis & viduis illatas; & de dentibus ejus aufererat prædam, quia ablata restituere coegit, & de iniurijs facere emen-*

dam, uti Lyranus explicat, hos dignos nobilitate sua actus iudicabat Job.

Prudentiam nobilibus suis commendavit Imperator: *consulte Regibus publico nomine, consilio circumdate Principes: quid enim magis, quàm prudentia, & scientia nobilem decet? His enim honorabiles se, & divites efficiunt, viri nobiles: mecum sunt divitiæ, & gloria.*

Fortitudinem Nobilibus suis commendare invictissimus Imperator supervacaneum duxit, quippe qui eam in illis abundè spectaverat, & animos eorum in omni adversitate, periculis, durorum perpeffione infractos, & ab omni metu, & dejectione liberos fuerat expertus.

Quare in commendanda maxime temperantia adlaboravit; *vos autem cavete, ne tantum decus, tantumque privilegium iusto labore partum, aut ebrietatis, aut scurrilitatis, aut alio quovis vitio maculetis.*

Quod benè attendant illi, qui hæreditatam à majoribus nobilitatis gloriam, ita in sanguine fundatam, & radicatam æstimant, ut eam nullis vitiorum maculis obscurandam putent, cum tamen nobilitas, ut honorifica esse possit, indivisam, virtutem, comitem habere debeat, virtus enim, non stemma nobilitat, & gloriosum redit.

Prudentia

Prov. 8.  
v. 18.

Fortitudo

Temperantia

VII.

Virtuti  
honor  
virijs  
debetur  
concur-  
melia.

Th. de Villanova  
va Con. 1.  
Dom. 1.  
Adv.

dit. *Virtus enim* [ait S. Th. de Villanova] *non solum meretur premium, sed etiam honorem: imò honor proprium virtuti premium est, & illi maxime debitum. Similiter peccatum non solum meretur penam, sed etiam confusionem, & verecundiam.*

Non in duellis honor quari potest.

Aut in alijs peccatis.

Prov. c. 5.  
v. 9.

Hugo Card. hic

Non in animi falsitate, & politica duplicitate.

Frustra ergo fortitudinem suam, in vindictis ulciscendis, & duellis, frustra gloriam in conviviorum & compotationum affluentia, frustra in ambizioso vestium luxu, & voluptatum mollitie, aut delicata corporis enutritione, in injusta divitiarum conquisitione, & pauperum, viduarum, & pupillorum oppressione gloriam quarunt moderni nobiles, eo ipso enim, quod vitia sunt, non gloriam, sed infamiam pariunt.

*Ne des alienis honorem tuum, id est vitijs, (ait Hugo) quibus se subjiciunt; luxuriosi voluptati, avari vanitati, superbi iniquitati, in his enim punctum honoris consistere nullatenus potest.*

Non autem in adulterata illa, & non serpentina tantum, sed diabolica Politicæ Machiavellicæ prudentia, qua moderni Statistæ, tantum ad Interesse proprium intenti, eò se prudentiâ clariore æstimant, quod magis fingere, simulare, & politicâ larvâ decipere ac contegere germanam & candidam animi sinceritatem noverunt. Hæc enim apud modernos Politicos

germana rusticitas, & rudis nodositas, Religionis zelus, & Ecclesiæ defendendæ ardor, rustica indiscretio, & publicæ quietis inordinata perturbatio vocatur. Hinc illi se moderno tempore, Politici famofos jactant, qui in utramque partem dextrè claudicare, & pro humana reputatione, proprio interesse, & captandâ adversariorum benevolentia, & patriæ, & Religionis jura cedunt, ita Ambidextri in suis negotiationibus, ut sic patriam & religionem defendere decreverint, ne tamen adversariorum favorem, & suam apud eos æstimationem perdant.

VIII.

Sed dicant obsecro, nasuti isti Politici, à quo honorem, & gloriam sibi dandam, & exhibendam expectant? An à Deo? Absit non enim ille falsorum cordium, & fallaciarum amator, aut remunerator est; non dat alienis honorem suum. An à Catholicis, & ipsa matre Ecclesia, quæ ab illis venalis inimicis suis prostituitur, meritò de illis conquerens: *vocavi amicos meos, & ipsi deceperunt me!* An ab ipsis fortè adversarijs, & A Catholicis gloriam suam, & honorem promovendum expectant? Acquirent fortè; & ab ijs deprædicabuntur viri prudentes, insignes, discreti, publicæ quietis studiosi, magno judicio & doctri-

Falsi Politici con-  
tempribi-  
les

Thr. x. v.  
19.

*Etiā A. doctrinā præclari, &c. Sed in*  
*aa. holicis.* faciem tantum hos honoris ti-  
 tulos projiciunt, qui abiturien-  
 tium terga convitijs, illusioni-  
 bus prosequuntur, stupidos, timi-  
 dos, causæ & religionis suæ  
 incurios, simplices & credulos  
 Idiotas, &c. vocant; hæc laudes  
 & encomia Politicorum spiri-  
 tuum. Nam sicut virtus etiam  
 in hoste laudatur, sic vitium nec  
 ab hoste, nec ab amico com-  
 mendatur.

Sed ponamus ejusmodi Po-  
 liticum à perversis adversarijs  
 æstimari, laudari, & honorari,  
 tamen honor ille, & laus, non  
 est honorabilis, nam, si teste

S. Bonav. Bonaventura, stultus est, qui stul-  
 de. Instit. ti placere laborat, etiam iniquus,  
 Novit. P. & inglorius est, qui iniquis &  
 2. c. 10. & inglorijs placere studet. Op-  
 timè monet Seneca: tam triste

Apud Ly- sit tibi laudari à turpibus, quam si  
 ranum in e. 4. Lu- lauderis ob turpia. Non itaque  
 tæ in fi- hæc illa prudentia est, quam suis  
 ne. nobilibus Germanis commen-  
 davit Carolus Magnus, sed illa,  
 quæ germanam sinceritatem, &  
 candidum patriæ & religionis  
 zelum comitatur, hæc honora-  
 bilis & digna nobili viro pru-  
 dentia, virtus autem gloriosa  
 nobilitas est, vana autem illa,  
 quæ in sola proavorum consistit  
 profapia, ut bene Poëta cecinit.

*Nobilitas  
 est deno-  
 minatio  
 æterni se-  
 cula.*

Et genus, & proavos, & quæ non  
 fecimus ipsi, vix ea nostra puro.

**IX.**

Profundè hæc nimis S. Tho-

mas de Villanova: In omnibus, Gen. 2. de  
 de quibus gentes gloriantur, nihil in- Nat. B.V.  
 anius, nihil suavius, quam genus. &  
 si enim esset in hominibus, sicut in a- Vanitas  
 lijs naturis, in plantis, in animali- nobilita-  
 bus, in arbutis, in quibus ejusdem ge- ti.  
 neris grandis varietas, & multiplici-  
 tas est, &c. Similiter in animali-  
 bus, in equis, leonibus, & canibus,  
 grandis est à natura varietas, &c.  
 sed homo ad hominem comparatus ex  
 stripe quomodo gloriabitur? aut qua- Genus a-  
 nam est ista generis tani inani ambi- nimali-  
 tio? Est namque natura humana, una, um, vari-  
 & simplex, in omnibus equalis, nul- um.  
 lam habens in se generis, neque per-  
 fectionis varietatem... vanitas au-  
 tem fecit in simplicissima hominum  
 natura generum varietatem. Dic  
 mihi obsecro, quid habent isti præ alijs?  
 aut in quo isti præstant alijs? non æ-  
 grotant? non fame sciunt? non frigus?  
 non occumbunt sicut a-  
 lij? non patiuntur, quæ alij? non de-  
 ficiunt, & lassantur, sicut alij? nun-  
 quid sunt hi alterius modi, aut fortis, Genus ho-  
 quam alij homines? aut robustiores, mimum  
 grandiores, pulchriores, saniores; omnibus  
 acutiore sunt, inquis: neque hoc ita equalis.  
 est; videmus enim in his vulgares ho-  
 mines, sæpius nobilibus antire...  
 Quod si in corporibus humanis esset  
 tanta varietas, quanta est in canibus,  
 adhuc homini non esset inde glo-  
 riandum, cum eius potissima portio,  
 animus sit, animarum autem omni-  
 um, unus est plasmator Deus. Unde  
 igitur intumescis homo, unde gloria-  
 ris? Hucusque Villanova.

In

In generis ergo profapia & nobilitate à proavis gloriari vanitas est, eam laboriosâ ingenij industria quærere, ambitio est; eam autem fuso pro patria sanguine adipisci, plausibilis generositas est, illam autem, reptando per dignitatum, & beneficiorum gradus, venari, & ex patrimonio Ecclesiæ eam sibi comparare, tumoris vitium est. De his Bernardus: Videas plerosque in Ecclesia Dei, de ignobilibus nobiles, de pauperibus divites factos, subito incumscere, pristinae oblivis abiectiois, genus quoque suum erubescere, & infimos dedignari parentes.

bit vasis, sed lux, aut dies accedat necesse est, quâ colores actuentur. Sic omnes homines ex una figuli domo, & mascula, originali peccato infecta, processimus, uni tamen, alterive generis nobilitas, seu color quidam accessit, quo tamen nihilo alijs sunt venustiores, aut honoratiores, nisi color iste nobilitatis virtutum radijs, ac luce actuetur, & illustretur, his demum sive illustribus, sive perillustribus, sive illustrissimis vasis, reddite debita: cui timorem, timorem, cui honorem, honorem.

Cavete autem viri nobiles, illustres, & equestres illustri simi, ne ponatis maculam in gloria vestra, & splendorem ac colorem insignium vestrorum, nominum, ac stemmatum ebrietatibus, impudicitijs, injustitijs, aut quovis alio vitio maculetis & obscuretis, ac proinde intus & foris sordidi, non vasa in honorem, sed contumeliam facta videamini, frustra de majorum virtute, & nobilitate glortantes; ne vobis illud dici possit, quod aliquando ingeniosius quidam civis Florentinus, Romano, antiquam Romanorum virtutem, ac nobilitatem jactanti objecit:

*Caresta seccia, non hà di quel buon*

*vino,*  
Quibus verbis indigitare volebat,

L.I

Aliqui ignobilis, ex patrimonio nobilitati.

S. Bern. hom. 4. super missus est.

Erubescunt suam ignobilitatem

X.

Sicut color à luce.

Hanc ultimam nobilium sortem patitur, vel potius ab illa patitur Ecclesia, ceteras tolerat, licet à vanitatis furo nō admodum puras, ijsque honorem haberi, & magnificos suos appellari facile sustinet, siquidem nobilitatis antiquitatem, honestate vitæ illustrent, nam sicut luna à sole, sic nobilitas à virtute splendorem accipit.

Nec non cum nobilitatis honore se res habet, sicut cum vasis fictilibus: hæc omnia ex una massa luti formata, in domo figuli sunt æqualia, donec figulus quædam pulchro quodam exornet colore, & sic in igne solidata, in publico exponat foro. Siquidem autem nox sit, adhuc nihil splendoris affulget. Et ante. Josephi Op. IV.

Sic nobilissimus auctor à virtute.

Rom. 13. v. 7.

Nobiles sine virtute.

Vasa lutea sordida.

S. Bern. de Busto serm. 1. p. 2. de Nativ. B. V.

bar, generosam Romanorum nobilitatem olim quasi generosissimum in vase vinum floruisse, sed modò subtracto generositatis & vini spiritu, non nisi fæces in dolio remanuisse. Cavete, inquam, patriotæ nobiles, ne vobis majorum vestrorum nobilitatem, ac virtutem jactantibus etiam objici possit, quod vasa hæc lutea, & sordida, non amplius habeant illum foris honestatis splendorem, & intus virtutis bonum odorem. *quomodo obscuratum est aurum, mutatus est color optimus...* Amicti auro

*Mutatus est color optimus.*

*Thren. 4. 7. 1.*

primo (virtutum scilicet, sapientia, germanæ sinceritatis, & honestatis) reputati sunt in vasa testea, vitis sordida, & obscura, opus manuum figuli. Et erunt post hæc decedentes sine honore: Et, qui me contemnunt, erunt ignobiles. Itaque ad verum honoris punctum consequendum viam virtutis terite, vestigia virtuosæ patrum vestrorum, imò ipsius Dei Filij sequimini, magna enim gloria sequi Dominum, cui soli honor & gloria in sæcula sæculorum, Amen.

Sap. 4. v. 19.

1. Reg. 1. v. 30.



DISCUR:

## DISCVRSUS XXXII.

Samech.

Torcular calcavit Dominus, Virgini filia  
Sion. Thren. 1. v. 15.

## DE ANIMA.

Misericordia fuit, quòd Deus hominem, post  
lapsum, fecit ipse mortalem, ut à torcu-  
larium horum pressura liberetur.

**O**ctuagesimus psal-  
mus, in finem pro Tor-  
cularibus, filijs chore,  
interibitur, cum ta-  
men noter S. Augustinus, ni-  
hil in ejus contextu vel de præ-  
lo, vel de fiscinis, vel de lacu,  
vel de instrumentis, aut ædifi-  
cio torculari memorari. Unde  
(ait Augustinus) non dubitatur  
esse alia torcularia, quæ nos hic qua-  
rere, & intelligere voluit spiritus  
Dei. Nempe ipsas pressuras,  
tribulationes, quibus ( licet ad  
suam salutem ) in hac vita con-  
teruntur, & comprimuntur ho-  
mines; & quidem tales ac tan-  
ta sunt hæ pressuræ, ut merito  
sub ipsis mortales miseri, & af-  
flicti gementes, exclament: psal. 88.  
quam dilectâ tabernacula tua Domi-  
ne virtutum, concupiscit, & deficit  
anima mea in atria Domini. Erant  
in tabernaculis quibusdam, id est, in  
torcularibus [ exponit præfatus  
Doctör ] sed desiderabat alia taber-  
nacula, ubi nulla pressura est. Nec  
magis suspirat anima illorum  
supernorum tabernaculorum  
dulcem refocillationem, quàm  
inferiorum horum torcularium  
excussionem, unde vitam, &  
cum pressura vitam non pro-  
longari, sed abbreviari deside-  
rat.

S. Aug. in  
psal. 83.Torcu-  
laria, sunt  
mundi  
pressura.Vt libera-  
tionis spes  
esset.

L. 12.

rat.

*Deus nos  
fecit mor-  
tales.*

rat, etiã inter alia divinã bene-  
ficentiã munera, hoc conume-  
rans, quòd ( ut è tantis, & tam  
innumeris torcularium horum  
pressuris celerem liberationem  
sperare anima posset ) ipsum  
corpus fecerit corruptibile, at-  
que mortale.

II. Ex qua, unumquodque com-  
positum, materia constat, in  
eamdem etiam resolvitur; ima-  
go ex auro fusa, in auream ite-  
rum massam defluit in igne, æ-  
rea in as, &c. Nix ex aqua,  
combinata, vel sal, in aquam ite-  
rum resolvitur, &c. Sic ho-  
mo, quia ex terra, & pulvere  
formatus est, in pulverem ejus  
corpus, & terram revertetur,

*Gen. 3. v.  
19.*

*Inobedi-  
entia Ada  
morte pu-  
nita.*

*Post sta-  
tum lap-  
sum,*

*quia pulvis es, & in pulverem rever-  
teris. Septuaginta legunt: quia  
terra es, & in terram ibis. Digi-  
na hæc, & rigorosa fuit inobe-  
dientiã Prothoplastorum no-  
strorum pœna, in omnes poste-  
rotransfusa, & siquidem ho-  
mini post lapsum adhuc plena  
inhabitandi Paradisi facultas,  
& expers omnis laboris vita, ac  
antiqua terræ frugalitas, anima-  
lium obedientia, sanitatis con-  
tinuatio, à fame, siti, frigore,  
& æstu exemptio fuisset con-  
cessa, dura, & insupportabilis  
hæc generi humano videri po-  
terat sententiã fulminatio de  
morte. Sed ex suppositione,  
quòd post lapsum tota Adami  
posteritas terram spinis horri-*

dam, à Paradiso voluptatis exi-  
lium, panem in sudore vultus  
lucrandum, creaturarum re-  
bellionem, famis, sitis, frigo-  
ris, & æstus molestiam, mor-  
borum languores, & in pecca-  
tum pronitatem experta sit,  
concludit optimè, & docet ex  
Platino Rupertus Abbas: *Mise-  
ricordia Dei fuisse, quòd hominem  
fecit mortalem, ne perpetuus crucia-  
retur huius vitæ arumnu, sub pres-  
sura torcularium.*

Pressuram horum torculari-  
um abundè fuerat expertus Pa-  
triarcha Jacob de una miseria  
& pressura in aliam jactatus,  
quare non sine causa, à Rege  
Ægyptio de vitæ suæ atate re-  
quiritus respondit: *Dies peregrin-  
ationis meæ, centum et viginti anno-  
rum sunt, parvi, & mali. Parvos  
dies suos dixit, quia respectu  
majorum suorum [ qui ad 200.  
300. & 500. annos, & ultra,  
vitam suam protraxerant ] pau-  
ci erant: mali autem erant, ex  
multis & varijs, quas perpessus  
fuerat, pressuris. Nam impri-  
mis magnas à proprio fratre suo  
germano perpessus persecutio-  
nes, si salvare vitam vellet, è  
paterna domo exulare, & in  
Mesopotamiam abire coactus  
fuit. Secundò, in domo soce-  
ri sui Labani, quos non labores  
sustinuit durante illa viginti an-  
norum durâ servitute? die noctu-  
que, æstu urebar, & gelu. Tertiò,*

quan-

*Mors sui  
benefici-  
um.*

*Apud Cor-  
nelium  
hic v. 19.*

III.

*Gen. 47.  
9.*

*Pressura  
Parr. 16.  
cabi.*

*1. Perse-  
curio E-  
sau.*

*2. Labani  
in domo  
Saceri.*

1. *Occur-* quantum concepit timorem è  
*sus Esau* Melopotamia recedens, dum  
*armati.* exacerbatum fratrem cum qua-  
 dringentis armatis viris, ad de-  
 lenda tota domū suā, sibi obvi-  
 um haberet? Quartò magnis  
*4. Lapsus* premebatur angustijs Jacob ob  
*Dina.* curiosam filiam suam Dinam ig-  
 nominiosè raptam, & secutas  
 inde per filios suos cædes, quæ  
 domum Jacobi continuo expo-  
 nebant periculo, ne improvise  
*5. Mors* à Sichimitis obrueretur. Quin-  
*Rachelis.* to, non parum animum ejus af-  
 fligebat immatura charissimæ  
*6. Stur-* uxoris Rachelis mors. Sextò,  
*prum Ru-* nec minùs illum premebat infam-  
*ben.* is ille à primogenito suo Ru-  
 ben, cum paterni thori viola-  
*7. Tunica* tione, perpetratus incestus. Se-  
*Joseph.* ptimò supra modum verò intima  
 cordis acerbo vulneraverat  
 dolore, intincta sanguine tu-  
 nica charissimi filij sui Josephi,  
 à fera pessima (uti putabat) de-  
 vorati. Octavò, senectute &  
*8. Benia-* arumnis jam pene confectum  
*min objes.* Jacobi animum cruciabat sa-  
 vissimè, in captivitate detentus  
 Simeon, cum dilectissimo  
 Beniamino obsidè, dum ex Æ-  
 gypto aveherentur frumenta.  
 Nonò, malorum ultimum fuit,  
*9. Mors* quòd in gravi sua senectute, re-  
*extra pa-* linquere patriam suam terram  
*triam.* Chanaan, & in Ægyptum tran-  
 migrare fuerit coactus, tam gra-  
 viter ferens, quòd ultimum su-  
 um diem in terra alienigenarum  
 claudere juberetur, ut saltem

ossa ibi non relinquenda, sed in  
 patriam transferenda manda-  
 ret. Uti que pressuras, utique  
 torcularia expertus fuerat Ja-  
 cob in paucis, sed malis pere-  
 grinationis suæ diebus; in hoc  
 maximè divinæ obstrictus mise-  
 ricordia, quòd se mortalem,  
 & dies peregrinationis suæ pau-  
 cos fecerit, ne perpetuis crucia-  
 retur hujus vitæ arumnis, quid  
 enim est diu vivere, nisi diu torque-  
 ri? ait S. Augustinus.

Neque hæc fors in solum ce-  
 cidit Patriarcham Jacob, sed vix  
 erit, qui non totidem, aut plu-  
 res vitæ suæ numeret arumnas,  
 & afflictiones, ut bene cum illo  
 Poëta devoto, sive canere, si-  
 ve gemere possit,  
*Quam mea per varios vita est exerci-*  
*ta casus*  
*Vt pila percussu pulsa repulsa ma-*  
*nus.*

Dum scilicet homo de affli-  
 ctione, de miseria in miseriam  
 instar pilæ jactatur, nullum, nisi  
 cum fine vitæ, & miseriarum  
 finem, & quietem sperans.  
 Altis hoc deplorat suspirijs pa-  
 tiens Propheta; Homo natus de  
 muliere, brevi vivens tempore, re-  
 pletur multis miserijs. Breve tem-  
 pus, sed brevis temporis multa  
 miseria, si enim subtiliter conside-  
 retur (ait in hunc locum Grego-  
 rius) omne, quod hic agitur, pœna  
 & miseria est. Nam etiam cor-  
 pori nostro in suis deservire  
 L13

S. Aug. de  
 verb  
 Dom.  
 serm. 27.

IV.

Replorur  
 homo mib-  
 serijs.

Iob. 14.

S. Greg.  
 II. moral.  
 c. 26.

ne-

necessitatibus miseria est: quod  
*famis, fri-* contra frigus vestimenta con-  
*goris, in-* quirantur, contra famem cibi,  
*firmitatis,* contra æstum refrigeratio, quid  
 nisi miseriæ genus est? Quod  
 magnâ cautelâ corporis sanitas  
 custodienda sit, custodita amit-  
 tatur, amissa restauretur, restau-  
 rata adhuc semper dubia, & pe-  
 riculosa sit, *quid hoc aliud, quàm*  
*mortalis vitæ miseria?* quod ami-  
 cos amamus solliciti tamen de  
 eorum jacturâ, aut offensione,  
 quod timemus hostes, ab ijs mi-  
 nus securi eosq; dulcib' verbis  
 tanquã amicos lactamas, è con-  
 tra verò etiã amicorum verba,  
 tanquam averſo animo prolata,  
 sinistrè apprehendimus, quid  
 aliud hoc, quàm pœna & miseria  
 est? imò vero. (addit S. Gregorius)  
 quod amissa celesti patriâ repulſus  
 homo, delectatur exilio, gravatur curis,  
 & tamen cogitare dissimulat,  
 quàm grave sit, quod privatus est  
 interno lumine, & tamen in hac vita,  
 diu vult perpeti cecitatem suam,  
 quid hoc aliud quàm de pœnâ veſtrâ,  
 nata miseria est! Homo enim,  
 natus de muliere, repletur multis miserijs.

Has satis agnoverunt ipsi etiã  
 Philosophi Gentiles: si enim ex  
 Aristotele quæramus, quid est  
 homo? respondebit: homo est  
 fortunæ lusus, inconstantia: imago,  
 corruptionis speculum, temporis  
 spoliolum, mancipium mortis,  
 viator transiens. Si Plautum  
 consulamus? est (in-

quiet) Pila, qua ludit Deus.

Hominem Seneca vocat, imbecillum corpus & fragile, nudum,  
 inerme, alienæ opis indigens, ad omnem fortunæ  
 contumeliam projectum. Corruptionis  
 vinculû, viva mors, sensitivum  
 cadaver, sepulchrum circumvertibile,  
 velamen opacum; deprædicatur homo à  
 Trismegisto; simulachrum, & tenuis  
 umbra à Sophocle, umbræ somnium  
 à Pindaro, ab aliquo quodam Philosopho,  
 exul, & incola miseri mundi vocatur,  
 quid enim jam est mundus, nisi  
 scrinium dolorum, schola vanitatis,  
 forum impostorum? Et si meum quoque  
 liceat adde rejudicium, quid mundus  
 aliud, quàm *Miseriarum theatrum*, in  
 quo actor homo in scenam prodiens,  
 tragicam agit fabulam, à plorando  
 inchoans Prologum, varijs casibus  
 alternatos percurrit fortunæ actus,  
 rara & brevia latitiâ habet intermedia,  
 & dubium expectans mortis tremens  
 Epilogum, exire trepidat, & diutius  
 jactari miserijs non sustinet.

Advertit etiã S. Augustinus, quod vitæ  
 suæ comœdiam à plorando incipiat  
 homo: *puer à ploratu incipit, nec  
 videre potest. Propheta calamitatis  
 lachryma sunt testes miseriæ,  
 non adhuc loquitur, & jam propheta.*  
 Student nutrices cantando  
 infantis mitigare ploratum,  
 sed erubescant (ait præfatus

Cecitas  
 interna,  
 miseria  
 est.

V.

Homo  
 quid?

Apud Cor-  
 nelium  
 Gen. 3. v.  
 2.

Vita  
 comœ-  
 dia.

VI.

Apud S.  
 Bonav. in  
 Phares. l.  
 1. c. 7.

A plorandi  
 incipit  
 vitæ.

tus.

tus Doctor) cantatrices ibi non fle-  
re, ubi infans, qui non est unius diei,  
prædicat esse flendum, dum scilicet  
tantas sibi, flendo prophetat mi-  
serias.

Puerum  
magna  
expeſtant  
miseria.

Quæ enim non ærumnæ, mi-  
seriæ, & labores parvulum ex-  
pectant puerulum, donec è lu-  
to facis extractus, eductus, &  
educatus, seipſo loqui, ambu-  
lare, comedere & se vestire pos-  
sit? quot non requirit labores,  
& sudores, donec competen-  
tem statui suo acquirat scienti-  
am, & experientiam, sive in  
artibus mæchanicis, sive libera-  
libus, sive exercitijs equestri-  
bus, sive militaribus. Et liqui-  
dem summo eam labore compa-  
raverit, quid habet amplius homo de  
universo labore suo, quo laborat sub  
sole? supple (ait Hugo) quàm la-  
borem? laborem seminando, la-  
borem merit. Omnium in hoc  
mundo experientiam haurire  
voluit Salomon, ut saltem er-  
rando, & oberrando disceret;  
in quo perfectam animi tran-  
quillitatem posset invenire, sed  
in omnibus expertus fuerat,  
quod in his quoque esset labor, & af-  
flictio, sive (ut Arabicus legit)  
angustia spiritûs, in omni statu,  
loco, & ætate nil nisi afflictio, &  
angustia spiritûs & miseriarum  
repletio, quibus anima plena,  
easetiam in omnes effundit po-  
tentias, angustiatatur enim me-  
moria miseriarum appræhen-

Eccl. i. v.  
3.

Hugo  
Card hic.

Omnes  
potentia  
replentur  
miserijs.

sione, & recogitando præteri-  
ta, jam perpeſta; pensando fu-  
tura sustinenda, adhuc fortè  
graviora, affligitur intellectus:  
torquetur voluntas exortis in-  
de timoris, spei, tristitiæ, &  
aliarum passionum procellis,  
animum miserè exagitantibus.  
Verbo ut absolvam, repletur  
miserijs. Hinc Bernardus, quid  
non grave miseris, quibus & vivere septuag.  
labor est?

Periſſi  
ser 2.

Vila

Si ergo vivere labor, & vita  
laboriosa est inter tot miserias,  
quidni beneficium sit, vitam de-  
disse homini mortalem, & bre-  
vem? Quid optas ô homo? mul-  
tos annos vivere? senescere? non at-  
tendus, quia si senectutem optas veni-  
re, hoc optas, de qua cum venerit,  
conqueraris. Senectus enim ipsa  
est morbus, & labor. Bene  
monet Plinius: Natura brevitate  
vitæ, nihil melius præstitit hominibus,  
certam enim cum vita, finien-  
dorum malorum spem habe-  
mus. Notat quoque Lactanti-  
us: hæc vita, quia brevis est, idcirco  
& bonæius, & mala, brevia sint,  
neceſſe est. Longè autem mala  
in hac vita emergentia, præ-  
ponderant bonis per mortem  
cessantibus; parvi enim interest  
bona hujus vitæ, varijs mixta,  
& venenata amaritudinibus,  
brevis esse finienda: magni verò  
ponderis sunt mala, miseriarum,  
& pericula vitam hanc comi-  
tantia, præsertim si ipsas pec-  
can-

Plinius l.  
7. c. 50.

Lactant.  
6 de vero  
cultu c. 6.

Brevis  
vita, bon-  
nescium  
est.

candi occasiones, & pronam ad vitia fragilitatem humanam contemplerur: Nam, teste Doctore mellituo, *quarid amplius vivimus, tantid plus peccamus: quarid est vita longior, tantid culpa numerosior: quod die namque cresunt male, & subtrahuntur bona. Assidue variatur homo per prospera & adversa, &c.*

S. Bern. meditat. c. 2.

Divi vere, diu peccare est.

Ecc. 7. v. 16.

Hugo hic

Cornelius hic.

vita vanitas.

Homo mortalitatem praesens.

planè foret humani generis fastus, ac petulantia, cui edomanda vitam hominis temporallem, ac brevem fieri necesse fuit, ut tam malitia, quam aliqua vis humanæ naturæ mala, & miseriæ abbreviarentur. Optime ad propositum nostrum Olympiad: siquidem peccator est, qui decedit, peccare ultra iam desinit, verò fuerit iustus vitam perfruetur æternam, à torcularibus liberatus.

Quid fa- cere im- mortalit.

Apud Corn. in c. 7.

Adeoque tam iustis, quam peccatoribus melior est dies mortis, die natiuitatis. Quia (ut bene Hugo observat) dies mortis, est egressus de præsentis miseriæ; dies natiuitatis, est ingressus in illam. Si semel in hanc miseriarum fovendam nascendo ingressus est homo, infallibili saltem egressus affecutione in miserijs suis, meliorem se consolari poterit.

VIII. Eccl. 7. v. 2.

Hugo Card. hic.

Mors na- ritate melior.

Opasti graviora, dabit Deus hinc quoque finem.

Afflictos igitur & omni solatio destitutos, saltem vitæ brevitatis, & mors (quæ est à vita, & miserijs egressus) consolari poterit. Maximum quod aliquis damnatis in inferno animabus ferre posset solatium, foret, si spem facere posset, obventuræ sibi mortis, quæ finem demum malis omnibus imponeret: quarum namque homines mortem, & non inveniunt eam, & desiderabunt mori, & fugiunt mors ab eis. Abscisa ergo spes mortis, spem etiam

Mortis spes casti- latur af- flictos.

Apoc. 9. v. 6.

fini-

Quid dñi itaque homo, & ipsa vita humana, vanitati similis esse dicatur? quam etiam vanitatem vocat Ecclesiastes: hac quoque vidi in diebus vanitatis meæ. S. Bonav. & Hugo Card. legunt, Natiuitatis meæ, id est, in præsentis vita, exponit Hugo. Et quidem, vita præsens, vanitas dicitur, quia tota triplici vanitati subiecta est, scilicet mutabilitati, mortalitati, iniquitati. Consentit huic Cornelius: dies vanitatis vocatur præsens vita, quia vanitati, id est, inanitati, mutationi, morti, miserijs, peccatis obnoxia. Et quis non magnam dixerit humani genij malitiam, cum sciat homo vitæ suæ infallibilem brevitatem, & mortem, & tamen tantos pro venandis concupiscentijs suis tumultus moveat, rixas excitet, classica sonet? quid acturum putatis, si instar spirituum foret immortalis? aut saltem longam trecentorum, quingentorum, aut non gentorum annorum ætatem sperare posset? intolerabilis

finienda miseria abscindit: ut enim nulla mors, nullus etiam est egressus e miserijs & torcularibus. Homini autem viatori hanc praestitit Deus gratiam, ut repletus quidem multis miserijs, saltem brevi vivens tempore, de acceleranda liberatione sua non diffideret.

IX. Dic mihi obsecro, utrum captivo consolabilius, si carcer ipsi perpetuus, vel ad certum, & breve tantum tempus determinatus, fuerit denuntiatus? quid corpus, nisi anima foetidus carcer? hunc carcerem non perpetuum, sed citius effringendum optabat ille, qui alto exclamavit suspirio: *Cupio dissolvi, & esse cum Christo.* Mors enim nihil aliud est, quam exitus de carcere, ait Hugo Card. Quid a patria exul, & proscriptus, inter arumnas exilij sui magis ingeminat, & suspirat, quam ut postliminio reverti, & exilij sui finem videre sibi liceat? non mortem horreatis exules filij Eva, est enim mors (eodem auctore teste) *Finis exilij.* Quid homini laborioso optatius, quam ut absterfo semel, per pondus diei & astum tolerato, sudore, a labore respirare, & quiescere sibi liceat? quid est mors, nisi

diuturnis laboribus, & periculis pene fractus, latus tandem ad littus navem applicat. Quid est vita? molesta navigatio, Ad portum quid mors? Ad portum applicatio. cum applicatio. Nil radiosius viatori, quam si in via longis uti ambagibus, vel subsistere omnino cogatur, in terris alienigenarum detinendus. Quid est mors? nisi peregrinationis finitio. Magno gravatus pondere, & onere pressus, maxime se illi obstrictum fatetur, qui citius ex humeris onus tollit. Ponderus grave & onus est corpus hominis, juxta Sapientis oraculum: *Corpus, quod corrumpitur, aggravat animam.* Factus sum mihi met ipsi gravis, ait Job: dum nempe (ut observat Greg.) Homo a carne molestrat, a mente quaestiones met ipsum portat. Est autem mors oneris gravissimi, scilicet corporis depositio.

Tadiosum non minus, ac periculosum est equiti, effraeni & indomito insidere equo, qui vel umbraticus, a quo vis volante folio tremefactus, stat attonitus, nec calcarium stimulis, nec virgis cedens; vel excusso frano, in cursum toto effusus impetu, per devia & avia, in fossas & foveas, in extremum periculum, una secum praecipitat equitem. Equus lascivus, & indomitus, in voluptates effusus,

Min

sus,

P. Franc. Josephi Op. IV.

Mors exitus e carcere.

Philipp. 1. v. 23.

Hugo Card. in Ecclesiast. tit.

Finis exilij.

Laboris consummatio.

Peregrinationis finitio.

Sap. 9. v. 15.

Job. 7. v. 10.

Job. 20.

Greg. 8. mor. 6.

se. 20.

De equo  
furi so  
Ascensio

X.

De ruino  
sa domo  
liberatio.

sus, & effrænis, ad bonum vero umbraticus & pavidus, est caro hominis, quæ sicut ad bonum nullis agi potest stimulis, ita ad transilienda Dei mandata, nullis potest cohiberi habenis, mors autem equitem, animam, reddit securitati, est enim mors de equo furioso, id est, carne, descensio.

Qui domum inhabitat luteam, & ruinam proximam, vix securus capere somnum potest, pavidus ad quietem secedit, vel ventorum vehementia, vel inundantium aquarum impetu timens diruendam, unde nihil illi opratius, quam ex domo ruinosa in firmum migrare palatium. Domus lutea, ruinosa, & magnis fœtida sordibus, est corpus humanum, continuam indigens & purgatione, & reparatione, hanc summa cum animi trepidatione hospes inhabitat anima, cui tamen contingit in morte, de ruinosa domo liberatio.

Quibus non infirmitatibus, morbis & affectibus cruciatur humanum corpus? pedes podagra, manus chyragra, pulmo phtyssi, hepar hectica, splen hypocrontia, venter hydropisi, viscera torminibus, stomachus eructationibus, cor palpitationibus, collum angina, caput vertigine affligitur, corpus totum æstuantibus aduritur febribus, &c. Vix domum intrabis,

ubi non singultientem reperias infirmum: quis aut infirmis, & infirmitatibus sufficientes aut medicos aut medicinas ministrabit? At ecce una pro omnibus hisce dolorosis malis medicina infallibilis! sine auro & argento comparanda, quæ gratis, & sponte sese offert; & hæc est mors, *Omnium aegritudinum terminatio.*

Conqueritur homo de tot periculis, undique sibi imminentibus, & conspirantibus in eum tota elementorum universitate, ac inimicorum insidijs undique paratis. Sed in morte, uti omnis periculi, ita & metus terminus; est enim mors, *omnium periculorum evasio.* Tot nos circumdant mala, quæ undique nos premunt, mala culpæ, mala pœnæ, mala fortunæ, mala infamiae, mala persecutorum, mala bellorum, devastatorum, &c. Sed mors est *omnium malorum consumptio: est omnium vinculorum disruptio, debitorum solutio.* Et quod maxime appetit homo viator, *est reditus ad patriam, ingressus ad gloriam, e contrario nativitas est omnium malorum ingressio,* concludit Cardinalis à S. Caro.

Melior est ergo dies mortis, XI. die nativitatis. Quod etiam Ecclesiasticus confirmat: *Occupatio magna (alij legunt) molestia, in quietudo, ærumna) creata est omnibus* *Eccl. 40. v. 1.*

bus hominibus, & jugum grave super  
filios Adam à die exutis de ventre  
matris eorum, usque in diem sepultu-  
rae in matrem omnium. Mala, quae  
homo trahit à matre in nativita-  
te, tollit terra mater in morte,  
& in sepulturâ; ut nativitatem,  
in hominem novercam, matrem  
verò propitiam, vocare mor-  
tem liceat. Illa enim nos tor-  
cularium pressuris subjicit, hæc  
subtrahit; illa concludit carce-  
ri, hæc liberat; illa in exilium  
proscribit, hæc revocat; illa la-  
boribus aggravat, hæc suble-  
vat; illa in mare jactat, hæc ad  
portum applicat; illa peregrina-  
tionem incipit, hæc finit; illa  
grave onus imponit, hæc depo-  
nit; illa furiosum equum facit  
ascendere, hæc descendere; il-  
la domum ruinofam facit inha-  
bitare, hæc evitare; illa infirmi-  
tates inchoat, hæc terminat; il-  
la pericula adit, sed hæc evadit,  
illa malum omne struit, hæc  
consumit; illa vincula injicit,  
hæc dissolvit; illa debitum mor-

tis contrahit, hæc solvit; illa  
recedit à patria, hæc redit; illa  
egreditur è paradyso, hæc ad  
gloriam ingreditur.

Misericordiam igitur & Ju-  
stitiam cantabo tibi Domine,  
qui Prothoplastâ nostrum è pa-  
radyso ejectum, & veste inno-  
centiæ originalis exutum, ita  
cum posteris suis in arumnas &  
miserias innumerabiles detrusti-  
sti, ut brevi eorum esset speran-  
dus finis; & ita torcularium  
gravium pressuras nobis immit-  
tis, ut tamen tabernacula, in  
quibus nulla est pressura, nobis  
brevi adeunda reservares. In  
torcularibus igitur prementi-  
bus positi, ad illa tabernacula  
suspiremus, in quibus nulla est  
pressura, sed quæ sponte & ab-  
undanter cœlestem distillant  
consolationem, quæ omnem  
absorptionem vitæ hujus arumno-  
sæ amaritudinem; aternâ  
nos recreabit dulce-  
dine, Amen.

Nativi-  
tas nover-  
ca.

Mors ma-  
ter.

Mors in-  
justitiam &  
misericor-  
diam Dei  
manifestat.

